Θ'. Ἤδη δὲ τοῦ ἔαρος ἀναλάμποντος, ἐκστρατεύει A κατὰ τῆς Συρίας, ἵνα τῶν υἱῶν τὸν Κωνσταντῖνον ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ εἴλε τῶν φρουρίων τινά· ἔνιοι δὲ καὶ προσεχώρησαν αὐτῷ διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἅλωσιν δειλιάσαντες. Εἶτα τῇ Γερμανικείᾳ προσβάλλει, καὶ τὰ προάστεια δηώσας αὐτῆς, ἀφίκετο πρὸς πόλιν τὴν Ἀδάταν, καὶ ταύτην ἐπολιόρκει. Ὀλιγώρως δὲ πρὸς τὴν πολιορκίαν διακειμένων τῶν πολιτῶν αὐτῆς, ἤρετο αὐτοὺς ὁ Βασίλειος ὅτῳ πεποιθότες, οὐ προσέρχονται οἱ, ἤδη τῆς πόλεως ἁλισκομένης. Καί τις τῶν χρόνῳ προβεβηκότων φησὶν ἀκριβῶς εἰδέναι ὡς Οὐχ ὑπὸ σοῦ πέπρωται τὴν πόλιν ἁλῶναι νῦν, ἀλλ' ὑφ' ἑτέρου τῶν ἐξ ὀσφύος καταγομένων τῆς σῆς Κωνσταντίνου τὴν κλῆσιν. Τοῦ δὲ βασιλέως τὸν υἱὸν ἐπιδείξαντος, καὶ, B Οὗτος ὁ Κωνσταντῖνός ἐστι, φήσαντος, ὁ γηραιός· ἐκεῖνος, Οὐχ οὗτος, εἶπεν, ὁ Κωνσταντῖνός ἐστιν, ὑφ' ἡμῶν ἡ πόλις ἁλώσεται, ἕτερος δέ τις τῶν ἀπογόνων τῶν σῶν. Μηνίσας οὖν ἐπὶ τοῖς τοῦ πρεσβύτου προμαντεύμασιν ὁ Βασίλειος, κραταιότερον τῇ πολιορκίᾳ ἐπίθετο. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἦνυε, καὶ ψῦχος δὲ γεγονὸς ἐλύπει σφόδρα τὸ στράτευμα, τὴν πολιορκίαν λιπὼν, ἐπανέδου ἐμέμνητο, τοὺς αἰχμαλώτους ἀναιρεθῆναι προστάξας, ἵνα μὴ φυλακῆς δέωνται, ἤ τι νεωτερίσωσιν ἀδείας λαβόμενοι. Οἱ δ' ἐκ Ταρσοῦ καὶ Μελιτηνῆς Ἀγαρηνοὶ τὰς Ῥωμαϊκὰς κατέτρεχον χώρας, οἷς ἀντεπιὼν ὁ στρατηλάτης Ἀνδρέας τὰς ὁρμὰς αὐτῶν ἀνέκοπτεν. Ἐπιστείλαντος δὲ αὐτῷ τοῦ Ἀμηρᾶ τῆς Ταρσοῦ ὡς Οὐδέν σε ὁ τῆς Μαρίας υἱὸς ὄνησει κατὰ σοῦ C ἐπιόντος μου, ἐκεῖνος, τὴν βλάσφημον ἐπιστολὴν λαβών, εἰκόνος τῆς Θεομήτορος ἐξαρτήσατο, Ἀνταπόδος τῷ ἁλιζόνι, λέγων, ὦ Δέσποινα, τοῦ φρυάγματος τὰ ἐπίχειρα. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐχώρει κατὰ τοῦ βλασφημήσαντος, καὶ μάχης κροτηθείσης τρέπονται οἱ πολέμιοι, καὶ γίνεται τούτων φόνος πολύς, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ἀμηρᾶς ἀποσφάττεται, μετρίων διαφυγόντων τινῶν. Φθονηθεὶς δὲ ὁ στρατηλάτης διεβέβλητο, ὡς δυνάμενος καὶ τὴν Ταρσὸν ἐξελεῖν οὐκ ἠθέλησε. Διὸ ἀφαιρεῖται μὲν ὁ βασιλεὺς τὴν ἀρχὴν ἀπ' αὐτοῦ, δίδωσι δὲ ταύτην τῷ Στυππιώτῃ, ἐπαγγελλομένῳ καὶ τὴν Ταρσὸν ἐκπορθῆσαι, καὶ ἄλλα πλείω κατορθωκέναι νεανιευομένῳ· ὃς οὐ μόνον οὐδὲν ὧν ἠύχει κατώρθωσεν, ἀλλὰ καὶ δυστυχήματι περιπέπτωκεν ἐξ ἀμελείας καὶ ἀπερισκέπτου σκηνώσεως. Γνόντες γὰρ οἱ Βάρβαροι τὸ ἐκείνου στρατόπεδον ἀφυλάκτως ἔχον, νυκτὸς αὐτῷ ἐπιτίθενται, καὶ ἀναιροῦσι πολλούς, οἱ πλείους δὲ ὑπ' ἀλλήλων συμπατούμενοι διεφθείροντο, καὶ οὕτως

IX. Sub vernum tempus imperator una cum filio Constantino Syriæ bellum infert, castella quædam capit; quædam, injecto ex aliorum expugnatione terrore, in deditionem accipit. Deinde Germanicium invadit, et suburbiis incensis, urbem Adatam obsidet. Civibus negligenter se defendentibus, Basilio rogante qua re freti se non dederent, urbe jamjam capienda, quidam 169 provectæ ætatis homo ait, se certo scire non esse in fatis, ut nunc urbs ab ipso capiatur, sed ab alio, qui ex ejus lumbis descenderet, nomine Constantino. Cum vero imperator, filio demonstrato, eum esse Constantinum dixisset, et senex eum esse Constantinum, a quo ista urbs capienda esset, negaret, sed alium quemdam ex ejus posteris, Basilius ob eam divinationem iratus, oppugnationem acrius urget; sed cum nihil proficeret, ac frigus exercitum infestaret, soluta obsidione, reditum cogitat, captivis interfici jussis, ne custodia opus esset, neve opportunitatem nacti, aliquid novarent. Cum autem Tarsenses et Melitenæi Agareni provincias Romanas incursarent, dux Andreas eorum insolentiam reprimebat, et missis ad se ab Amera blasphemis litteris, quibus scribebat, si ipse illum invasisset, nihil ei Mariæ filium profuturum, illa accepta epistola et imagini Dei Matris appensa, dixit: *Domina, remunerare fremitum hominis arrogantis.* His dictis, contra blasphemum eduxit copias, commissaque pugna, hostes in fugam versi, maxima ex parte cadunt, ipsoque Amera jugulatur, paucis fuga elapsis. Sed dux ex invidia delatus, cum Tarsum etiam capere potuisset, noluisse: imperator ducatum illi ademptum Stypiotæ tradit, et Tarsi excidium pollicenti, et alia magnifica juveniliter jactanti: qui adeo nihil eorum quæ gloriabatur, effecit, ut etiam ex negligentia et inconsiderata castrametatione in cladem inciderit. Nam Barbari castra ejus, in quibus nullas agi excubias cognorant, noctu aggressi, multos cædunt, sed plures a sese invicem obtriti periernnt, itaque superiores fuere Agareni. Eo rerum Orientalium statu, Occidens pejus etiam se habebat. Nam Italia quæ Romanis imperatoribus parebat, et maxima Siciliæ pars, multæque gentes aliæ, sub Michaele tributariæ factæ sunt Carthaginensibus. Carthaginenses enim Agareni, classe instructa, multisque oppidulis captis, Ragusium obsident. Ragusinis per legatos auxilia petentibus, Basilius centum naves bellicas subsidio mittit, quas contra se ire Agareni ubi cognoverunt, soluta obsidione

D

Variæ lectiones et notæ.

τῷ βασιλεῖ, ἐν οἷς ἀρτίως ἐστὶν ἡ μονὴ ἡμερησίη, ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ χειρωθείσης ἱλάφου, ἐν ᾧ τὸ τῆς μονῆς θυσιαστήριον ἵδρυται, εὑρέθη τράπεζα πλατὰ ὑπὸ κίονος βασταζομένη, γράφουσα οὕτως· Τοῦτό ἐστιν τὸ ἅγιον θυσιαστήριον τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ τοῦ Ἀνατέλλοντος, ὅπερ ἐνεθρόνισεν ὁ ἅγιος ἀπόστολος Ἀνδρέας. Vide nostram Constantinopolim, lib. IV, pag. 189.

Longobardiam invasere, captaque Bari urbe, ejusque tuto recepta usi, **170** totam Longobardiam occuparunt. Cæteræ quoque gentes quæ ab Agarenis premebantur, cum audissent quid Ragusii accidisset, et ut hostes, reformidatis imperatoris auxiliis, ab obsidione destitissent : auxilia et ipsæ petunt, se Romano imperio subjicientes. Basilius

A ὑπερίσχυον οἱ ἐκ τῆς Ἀγαρ. Ἀλλὰ τὰ μὲν Ἑῴα τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον, χειρόω; δὲ διέκειντο τὰ Ἑσπέρια. Ἤ τε γὰρ τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσιν ὑπήκοος Ἰταλία, καὶ τὰ πλείστα τῆς Σικελίας (75), ὑπόφορα τοῖς Καρχηδονίοις ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Μιχαὴλ γεγόνασιν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἄλλα τῶν ἐθνῶν πλείονα. Στόλον γὰρ (76) ἐξαρτύσαντες οἱ ἐκ Καρχηδόνος

Variæ lectiones et notæ.

(75) *Τὰ πλεῖστα τῆς Σικελίας.* Vide Constantinum, lib. II *De themat.* cap. 10.

(76) *Στόλον γὰρ.* Michaele Theophili filio imperante. Saraceni Ægyptii Græcorum provincias Occidentales, atque imprimis maximam Siciliæ partem pervasere. Dehinc cum Basilius Macedo regni habenas excepisset, classe instructa, in Dalmatiæ maritima, facta exscensione, complurimis expugnatis oppidis, Ragusium obsedere. At ut subsidium Ragusinis submitti a Basilio, ac centum Chelandia, quæ πολεμιστήριους νῆας vocat Zonaras, Niceta patricio cognomento Orypha, rei navalis drungario, duce advenire perceperunt, trajecere in Italiam, captaque urbe Bari, inde in continentem Calabriam et Apuliam effusi, harum fere provinciarum domini effecti sunt. Capta autem Baris sub annum 851, Erchempertus, in *Hist. Langob.* cap. 20 : *Per idem tempus Agareni Barim insidentes ceperunt, devastantes stirpitus, deprædare totam Apuliam, Calabriam, et pedetentim Salernum ac Beneventum depopulari initiarunt.* Evocati autem Saraceni a Radelgiso principe Beneventano in auxilium suum contra Capuanos, per Pandonem Castaldeum Barensem fidelem suum, ut habent Leo Ost. lib. I, cap. 27; anonymus Casin. cap. 8, et Chronicon S. Vincentii de Vulturno, pag. 694. Ut porro in finitimas provincias effusi, dominatum suum dilatarint in Italia, pluribus prosequitur idem Erchempertus, cap. 29, ut et Leo Ost. lib. I, cap. 32. Sed et Porphyrogenitus, *De adm. imp.* cap. 29, rem sic narrat : Οἱ δὲ Σαρακηνοὶ, μαθόντες τὴν μετὰ τοῦ στόλου τοῦ πατρικίου δρουγγαρίου τοῦ πλοίμου, ἔφυγον καταλιπόντες τὸ κάστρον Ῥαουσίου, καὶ ἀντικράτησαν ἐν Λογγιβαρδίᾳ, καὶ πολιορκήσαντες τὸ κάστρον Βάρεως, τοῦτο ἐπόρθησαν. Τότε ὁ σολδανὸς κτίσας ἐκεῖσε παλάτια, κατεκράτησε πᾶσαν Λογγιβαρδίαν μέχρι Ῥώμης ἔτη τεσσαράκοντα. *Saraceni ubi adfuturum mox cum classe patricium rei navalis drungarium resciverunt, ab obsidione Ragusini castri recesserunt, et in Longobardiam trajicientes, urbem Barin obsederunt, expugnaruntque. Tunc soldanus structis, ibi palatiis, Longobardiam omnem Romam usque annos quadraginta tenuit.* Quæ totidem verbis habet ac repetit lib. II *De themat.* cap. 2 et in avi Basilii Vita, n. 55, unde hausit quæ in hanc rem scripsit Scylitzes, pag. 577. Varie autem soldani nomen affertur a scriptoribus : quippe Porphyrogenitus, et ex eo Scylitzes, narrant Saracenos ducibus Saba, vel Saban et Calpho, τῷ Σάβᾳ καὶ τῷ Καλφοῦς, cum triginta sex navibus in Dalmatiam appulisse. *Calphon* soldani meminit etiam Leo Ost. lib. I cap. 27. At qui Σάβα, Porphyrogenito, et Σάβιν Scylitzæ, eidem Porphyrogenito lib. II *De themat.* Σάμαν, Erchemperto *Seodam*, anonymo Casin. cap. 28, 33 et Leoni Ost. lib. I, cap. 37, *Seodan*; denique auctori Chronici S. Vincentii de Vulturno *Sangdam* dicitur. Tot igitur oppressi malis, crebrisque Saracenorum excursionibus fatigati Longobardi, legatos ad Basilium miserunt opem exposcentes, voluntariam præterea subjectionem polliciti : quibus ille admissis, non modo destinatam pro Dalmatis classem in eorum subsidium misit, sed et Romanum antistitem et Ludovicum II imperatorem, ut suis copiis miseros Italos adjuvarent, per epistolas impulit. Ita quidem Porphyrogenitus in Basilio, et ex eo Græci scriptores. At Latini, Erchempertus scilicet et auctor Chronici S. Vincentii, evocatum tradunt Ludovicum a Capuanis et Beneventanis, *Beneventi fines per Soram ingressum*, Capuaque, cujus princeps rebellaverat, expugnata, anno sequenti, *multis fultum auxiliatoribus Barim perrexisse, ac cum prædicto Sangdam Augustalem exercitum pugnam commisisse*, fuisseque Saracenos : deinde Materam expugnasse ac Canusium; reversum denique Beneventum, *cum Saraceni ad extremitatem pervenissent, misso exercitu Barim cepisse, capto in ea Sangdane effert (al. effero Rege) cum aliis satellitibus ejus.* Similia narrat Leo Ostiensis, lib. I, cap. 28, qui expeditionem Ludovici in annum 866, conjicit. Barimque quatuor annis ab eo obsessam ait, sed Ludovicum Basilii copiis maritimis, terrestres suas adjunxisse, unaque et simul Barim obsedisse par est credere, siquidem verum, sit capta a Ludovico Bari die tertia Februar. anno 868, ind. 1, ut est apud Lupum Protospatham et anonymum Barensem, civitatem ipsam Basilio, soldanum vero Ludovico in belli præmium cessisse. ut diserte habet Porphyrogenitus : Καὶ τὸ μὲν κάστρον Βάρεως καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν πᾶσαν ἀνελάβετο ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων· τὸν δὲ σολδανὸν καὶ τοὺς λοιποὺς Σαρακηνοὺς ἀνελάβετο Δολιήχος ὁ ῥὴξ Φραγγίας καὶ ἀπήγαγεν αὐτοὺς ἐν τῷ κάστρῳ Βενεβέντου. *Et urbem quidem Barin, totamque regionem ac prædam universam sibi habuit imperator Romanorum; soldanum autem cum ceteris Saracenis rex Franciæ Ludovicus, et Beneventum adduxit.* Verum an ista fidem omnino mereantur, dubium facit quod tradunt iidem Erchempertus, auctor Chronici S. Vincentii et Protospatha, demum scilicet Barim ingressos Græcos post excessum Ludovici, ut a Saracenis, quorum vires quotidie invalescebant, sese tutarentur. Erchempertus, cap. 29, et Chronichon S. Vincentii : *Hoc audientes qui Bari residebant, Gregorium Bajulum imperatorem Græcorum, qui tunc in Tdronto degebat, cum multis exercitibus ob Saracenorum metum Barim introduxerunt; qui statim apprehensum Castaldeum, illiusque primores Constantinopolim misit, quibus jurejurando fidem dederat.* Quod in annum 871, ind 8, rejiciunt Protospatha et anonymus Barensis, proinde post excessum Ludovici, qui Ravennæ diem extremum clausit 13 Augusti anno 874. Quod de soldani risu, et ut a Capuanis et Beneventanis, libertatem adeptus fuerit, hoc loco tradit Zonaras, Porphyrogenitus pariter et Cedrenus commemorant. At quod addunt Ludovico a venatione revertenti Beneventanos portas occlusisse, non omnino Erchemperti narrationi convenit : ita enim ille cap. 34 : *Quibus ita patratis,* (capta scilicet Bari) *videns diabolus suos eliminari, Christoque universa restaurari, et damna inferni dolens, suo instinctu cæperunt Galli graviter Beneventanos persequi, ac crudeliter vexare. Qua de re et Adelgisus princeps* (Beneventanus) *adversus Lodoguicum Augustum erectus cum suis Beneventi infra mœnia degentem, ac secure quiescentem astu dolose sanctissimum virum, salvatorem scilicet Beneventanæ provinciæ, cepit, et custodiis mancipavit, bonaque ejus diripiens, ditatus est, cunctosque viros exercitales*

Ἀγαρηνοί, πολλὰ μὲν εἶλον πολίσματα, τέλος δ' ἐπολιόρκουν καὶ τὸ Ῥαγούσιον (77). Στέλλουσιν οὖν οἱ Ῥαγουσαῖοι πρεσβείαν πρὸς τὸν βασιλέα Βασίλειον, ἐπικουρίαν παρ' αὐτοῦ αἰτούμενοι, καὶ ὃς ἐκατὸν αὐτοῖς πολεμιστηρίους νῆας ἐκπέμπει, ἃς ἐπίναι σφίσι μαθόντες οἱ πολιορκοῦντες Ἀγαρηνοί, λύσαντες τὴν πολιορκίαν τοῦ Ῥαγουσίου τῇ Λογγιβαρδίᾳ προσέβαλλον, καὶ τὸ ἄστυ τῆς Βάρεως εἶλον, καὶ τούτῳ κεχρημένοι ὁρμητηρίῳ, πάσης τῆς A recepta legatione, supplicibus et classe illa, et per Francorum regem opem tulit : a quo per litteras petiit, ut Romanis legionibus in bello Agarenico adesset, ab iisque Agarenorum exercitu devicto, eorum princeps, quem sultanum vocant, captus, et a rege Capuam perductus. Ubi cum biennium versatus esset : nunquam a quoquam risisse visus est, ut rex miratus, diceret se ei qui Barbarum risisse nuntiaret, præmium daturum. Quem cum quidam

Variæ lectiones et notæ.

exspoliavit' et fugere compulit. His consimilia habent Leo Ost. lib. I cap. 58, et auctor Chronici S. Vincentii de Vulturno, p. 696. Unde patet Ludovicum custodiæ mancipatum ab Adelgiso, ex qua, *infra quadraginta dies innumerabili Saracenorum exercitu ab Africa adveniente*, tandem dimissus est, ait Leo Ostiens. Paulo aliter rem recitat auctor *Annalium Francorum Metensium*, an. 871 : *Adalgisus imperatorem destitutum suorum viribus cernens, jamdudum conceptam iniquitatem parturit, et cum suis fautoribus palatium, in quo imperator meridie quiescebat, occupare nititur. Imperator clamore irruentium excitatus, lecto desilit, arma corripit, et cum perpaucis corporis sui custodibus ad ostium domus turbatus procedit, aditumque ferro intercludens, hostem a liminibus arcet. Adalgisus sentiens non sine discrimine ostia domus esse penetranda, ab introitu pedem retrahit, palatiumque flammis exuri jubet. Interea imperator dextras sibi dari petit, pacemque obnixe deposcit. Cui responsum est, non aliter petita imperaturum, nisi prius jurejurando promitteret, nunquam se diebus vitæ suæ Beneventi fines intraturum, neque pro calumnia, quam tunc patiebutur, vindictam aliquando exacturum. Allatis itaque sanctorum pignoribus, necessitate constrictus, sacramentum quod ab eo exigebatur juravit, statimque postero die a Benevento exiit.* Mox narrat ut anno C sequenti Ludovicus Romam venerit, et a Joanne PP. a sacramento absolutus, Adelgisum tyrannum denuntiatum in Corsicam fugere compulerit, ac tandem Ludovicus anno 874 vitam finierit : quo loco illius pietatem cæteraque animi dotes brevi elogio perstringit. De Ludovici captione similia habet Leo Ost. lib. I, cap. 38 ubi de Capua a Saracenis obsessa, et a Ludovico fusis ibi Saracenis quædam, nihil tamen de legato Basilii ad Capuanos misso, de quo Zonaras commemorat. Sane dimisso Ludovico, soldanum et ipsius asseclas Annosum et Abadelbachum, ac imperatoris thesaurum sibi retinuisse Adelgisum diserte cum Zonara tradunt Erchempertus, cap. 28, et auctor Chronici Sancti Vincentii de Vulturno, et Sangdanem libertate donatum fuisse satis innuant. Adde præterea *Annales Francorum Bertinianos*, ann. 873, Reginonem et Hermannum Contractum. Fuit porro Ludovicus II imperator, Lotharii imperatoris filius, D Ludovici Pii nepos, cujus nomen varie effertur a scriptoribus Græcis : Λολίχος enim nuncupatur Porphyrogenito, lib. *De administ. imp.* cap. 29 et Scylitzæ, Λοδοῦχος, eidem Porphyrogenito, lib. *De them.* cap. 11. Enimvero, ne ab Italia, quam semel ingressus sum, discedam, exstincto Radelgiso Adelgisi filio, *Radelgis filius princeps est constitutus, qui tribus vix annis imperans, a Beneventanis ejectus est, et Ajo frater ejus* (Adelgisi) *loco illius subrogatus est.* Ita quidem Erchempertus et auctor Chronici S. Vincentii, p. 698. De Ajone principe Beneventano, qui Ἄγιων Zonaræ, et Leoni Grammatico et auctori *Chronici principum Beneventi et Salerni*, Ἀγγαίων Scylitzæ, Ἔγιων, anonymo Combefisiano n, 6, dicitur. Principatum autem iniit ille an. 884, obiitque an. 890, ut est apud Lupum Protospatham. Audita Ajo Basilii morte, reliquas, quæ Græcis in Longobardia parebant, urbes, posthabitis quæ cum Græcis pepigerat fœderibus, suo asseruit imperio, quod in annum secundum Leonis Philosophi conjicit Scylitzes, p. 595, qui est Christi 887, quo quidem anno imperabat Occidenti Carolus cognomento Crassus, cujus gener fuisse dicitur Ajo Zonaræ et Scylitzæ, vel certe regis Francie, B quisquis ille fuerit : Ὁ δὲ Λογγιβαρδίας δοὺξ Ἄγιων τοῦ Ῥηγὸς Φραγγίας τυγχάνων γαμβρός. Sed sive *gener* hoc loco sumatur pro filiæ marito, sive pro affine, uti interdum hanc vocem a Græcis perinde ac Latinis usurpatam ostendimus in notis ad Alexiadem, affinitatem hanc omisere scriptores Francici. Ut porro Ajo in Græcos insurrexerit, recitat Erchempertus, cap. 66. *Idem Ajo adversus Augustale dominium rebellionis furgium initiavit.* Mox cap. 71, ut Ajo, Bari Græcis erepta, *Græcos impugnantes se impugnaverit* commemorat. Annum vero captæ Baris notat Protospatha : *Anno 886, facta fuit proditio in Baro meuse Junii, quando princeps* (Ajo) *fecit prælium cum stratigo Trapezi et Græcis.* Qui vero *Trapezi* hic nominatur, is est Constantinus patricius Ἐπὶ τῆς τραπέζης, seu præfectus regiæ mensæ, quem cum Occidentalibus legionibus contra Ajonem misit Leo Augustus ; dignitas enim τοῦ Ἐπὶ τραπέζης apud Byzantinos eadem fuit quæ apud nos dapiferi et senescalli, quem *præfectum regiæ mensæ* vocat Eginhardus in Vita Caroli M. *magistrum regiæ mensæ* monachus Sangallensis, lib. II, cap. 9 cujus præter Codinum meminit Porphyrogenitus, *De adm. imp.* cap. 51. At cladem, quam Zonaras, Scylitzes, anonymus, et Leo Grammaticus passum Constantinum narrant, prorsus reticent scriptores Longobardi, nisi forte exstiterit in eo prælio quod cum illo iniit Ajo post captam Barim, de quo Protospatha. Sed ut Græcos ab Ajone primum superatos, dehinc a Constantino patricio adeo profligatum Ajonem ipsum, ut Barim reverti vix ei licuerit, recitat Erchempertus cap. 76 : *Ajo denique a Benevento per Sipontum Barim profectus, super quem Constantinum Augustorum aulicum et patricium insidentem reperit, rebelles imperatorum viriliter impugnantem : adversus quem dictus Ajo fultus auxilio Ismaelitarum, et vallatus agmine pedestrium Apuleiensium audacter insurgens primo impetu victor existens, de hostibus plures interfecit : deinde a Constantino, qui cum tribus millibus equis tuto considebat in loco, valide contritus, vix cum aliquot urbem ingredi valuit Barim, reliquis aut gladiis aut captivitati traditis.* Tandem, ut ait idem Erchempertus cap. 80, *Ajone obsesso infra urbem a Græcis — legatos suos ad Constantinum patricium destinavit, qui residebat supra dictam urbem, et cum eo pacem faciens urbem remisit, et ad propria remeavit.* Sic igitur Baris rursum in Græcorum potestatem venit, expulso Ajone a Constantino patricio, donec a Guiscardo iis adempta est, ut narrat Leo Ost. lib. III, cap. 44. Hæc porro fusius prosecuti sumus, quod historiam Francicam quodammodo illustrent.

(77) *Ῥαγούσιον.* Quod Ῥαοῦσιν vocat Constantinus Porph., *De adm. imp.* cap. 29, ex Ital. *Rausa.*

semel risisse nuntiasset, accersito sultano, risus causam quæsivit? At ille : *Rotas currus* (inquit) *vidi, quarum cum altera terræ incumberet, altera sursum tolleretur : mox ea quæ sublimis fuerat, depressa : quæ humilis, in altum elata est. Unde conjectura capta, res humanas etiam eodem modo moveri et transferri, in risum erupi : posse fieri cogitans, ut ei mearum rerum idem status esset : ac me, quemadmodum e sublimi sum humi depressus, sic ex humili loco in altum elatum, sublimem fore.* Rex et veritate orationis considerata, et soldani ob fortunæ commutationem misertus : cum liberius habitum in familiaritatem suam ascivit, et ejus ut viri prudentis consiliis usus est. Is vero, homo callidus, regem dolo circumvenit. Nam cum Capua et Benevento recens politum vereri cognovisset, ne eæ urbes de vindicanda libertate cogitarent : *Si*, inquit, *imperium istarum urbium firmum habere studes : cives clariores alio transferto. Nam vulgus per se, novis rebus non studebit.* Id consilium rex sibi utile futurum ratus, exsequi statuens, clam vincula ferrea fabricabatur. At improbus ille vir, cum utriusque civitatis principibus colloquens, atque in eorum familiaritatem sese insinuans, secreto dicit, regem in animo habere primarios rives vinctos in suam transferre regionem. Quod vere a se dici, illud argumento esse quod ferreas catenas, manicas, aliaque vincula fabricaretur. Id illi cum verum deprehendissent, hominem sibi bene velle opinati, regi renatum **171** egresso portas clauserunt. Is igitur non admissus domum rediit. Sultanus autem a civibus libertate remunerationis ergo accepta, pristinoque imperio recuperato, iisdem Capuanis et Beneventanis bellum infert. Qui cum obsidione urgerentur, per legatos

A Λογγιβαρδίας ἐκράτησαν. Γνόντα δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, τὰ παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν τούτων, ὡς εἴρηται, πιεζόμενα, τὸ γεγονὸς κατὰ τὸ Ῥαγούσιον, καὶ ὅτι τὴν ἐκ βασιλέως συμμαχίαν δείσαντες οἱ πολέμιοι, τῆς πολιορκίας ἀπέστησαν, πρεσβεύουσι καὶ αὐτοὶ συμμαχίαν αἰτοῦντες, καὶ ἑαυτοὺς τῇ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ ὑποτιθέμενοι. Καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν πρεσβείαν προσήκατο, καὶ ἐπεκούρησε τοῖς αἰτήσασι διά τε τοῦ προειρημένου στόλου καὶ διὰ τοῦ Φράγγων ῥηγός (78). Ἐπίστειλε γὰρ ἐκείνῳ, συνεπιλαβέσθαι τοῦ κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν πολέμου τῷ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματι, ὑφ' ὧν ἡ τῶν Ἀγαρηνῶν κατεπολεμήθη στρατιὰ, καὶ ὁ ἀρχηγὸς αὐτῶν ἑάλω σουλτάνος καλούμενος, ὃν ὁ Ῥὴξ τῶν Φράγγων ἐν Καπύῃ ἀπήγαγεν. Ὅπῃ δύο διατρίψας ἐνιαυτούς, οὐκ ὤφθη παρά του μειδιάσας οὐδέποτε, ὥστε τὸν ῥῆγα θαυμάζειν, καὶ εἴ τις ἀπαγγείλειεν αὐτῷ γελῶντα τὸν βάρβαρον, δώσειν τι ἀπαγγείλαντι τῆς ἀγγελίας μισθόν. Εἶπεν οὖν τίς ποτε ἰδὼν τὸν σουλτάνον γελάσαντα. Καλέσας οὖν τὸν βάρβαρον ὁ ῥὴξ, τὴν αἰτίαν τοῦ γέλωτος ἤρετο. Ὁ δὲ, Τροχοὺς (79) εἶπεν ἁμάξης ὁρῶν, ὧν τὸ μὲν πρόσγειον ἦν, τὸ δ' ἦρτο μετέωρον, εἶτα τὸ μὲν μετέωρον κατῆκτο πρὸς γῆν, τὸ δὲ πρόσγειον μετεώριστο. Οὕτω δ' εἰκάσας καὶ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα κινεῖσθαι καὶ μεταφέρεσθαι ἐξεγέλασα. Λογισάμενος ὡς οὐκ ἀδύνατον οὕτω διατεθῆναι καὶ τὰ κατ' ἐμαυτὸν, καὶ ὥσπερ ἐξ ὕψους κατηρέχθην εἰς ταπεινότητα, οὕτως αὖθις ἴσως ἐκ χθαμαλότητος εἰς ὕψος ἐπαρθῆναι καὶ γενέσθαι μετάρσιος. Ταῦτα μὲν εἶπεν ἐκεῖνος. Ὁ δὲ ῥὴξ, καὶ τὴν τῶν λόγων ἀλήθειαν εἰς νοῦν εἰληφὼς, καὶ τὸν σουλτάνον τῆς μεταβολῆς κατοικτείρας, ὡκειώσατό τε αὐτὸν καὶ παῤῥησίας μετέδωκε, καὶ συνετὸν τὸν ἄνδρα οἰόμενος, ἐχοινώνει καὶ βουλευμάτων αὐτῷ.

B

C

D

Variæ lectiones et notæ.

(78) *Φράγκων ῥηγός.* Fuit is, ut supra dixi, Ludovicus II, imp. Lotharii imp. filius, cujus uxor fuit Ingelberga, ducis Spoleti filia. Utriusque meminit Nicetas Paphlago in Vita Ignatii patr. Constantinopol. scribens Photium patr. Constantinopol. Adhuc superstite Michaele Theophili filio, cum in Nicolaum papam anathema pronuntiasset, sollicitasse missis muneribus Ludovicum Ῥῆγα τῆς Φραγγίας, καὶ Ἠγγιβέργαν αὐτοῦ γαμετὴν, ut Nicolaum e sede sua expellerent, imperatores, si id exsequerentur, Constantinopoli creatum iri pontificem : quod ii statim totis ulnis amplexi fuerint. Idipsum refertur in appendice ad concilium IV Constantinopolitanum, cap. 2 ac Photium in concilibulo ab eo coacto contra Ignatium et Nicolaum PP. Ludovicum imperatorem, et Ingelbergam Augustam acclamasse : Οὕτως οὖν πλαστογραφήσας ἰδιοχείρους πάντων ὑπογραφὰς, ἀνεγόρευσε καὶ ἀνευφήμησεν εἰς τὴν ἀναπλασθεῖσαν αὐτῷ σύνοδον βασιλέα τὸν Λοδόηγον, καὶ τὴν Ἠγγελβέργαν Αὐγούστην· πρὸς ἣν καὶ γέγραφεν ἐπιστολὴν εὐφημίας πεπληρωμένην, ὡς ἀξιωθεῖσαν ἀναῤῥήσεως ἐν οἰκουμενικῇ δήθεν συνόδῳ τῇ Πουλχερίᾳ παραπλησίως, ὡς ὅριτο. Καὶ κατηντιβόλει καὶ κατεσκύθιζε παρακελεύσαι τὸν ἴδιον σύζυγον Λοδόηγον, ἀπελάσαι τῆς Ῥώμης τὸν πάπαν Νικόλαον, ὡς ὑπὸ συνόδου καθηρημένον οἰκουμενικῆς καὶ καθολικῆς, ἧς τὸ ἴσον καὶ πρὸ αὐτῆς ἐξαπέστειλε μετὰ δώρων. Sed deturbato paulo post ipso Photio, res in vanum abiit, Basilio post necem Michaelis imperium adepto, cujus amicitiam Ludovicus, quandiu visit, videtur coluisse : nam non solum Augustinos contra Agarenos, Basilii hortatu, copiis suis juvit, ut scribit Zonaras; sed etiam legatos suos Constantinopolim misit, cum concilium contra Photium coactum est, qui in eo una cum Michaelis Bulgariæ regis legatis consederc. ut docemur ex actione 9 e usdem concilii.

(79) *Ὁ δὲ Τροχούς.* Simile quid narrat Theophylactus Simocatta lib. VI *Histor. Mauric.* cap. 11, et ex eo Theophanes ann. 13 ejusdem Augusti, de rege quodam a Sesostri Ægyptiorum rege captivo facto. Cum enim ex devictis regibus, quatuor selegisset Sesostris qui currum, quo triumphum ducens vehebatur, equorum more traherent, alter ex iis cunctari visus est, dum crebro retro conversis oculis rotæ volubilitatem contemplaretur. Rex vero toties respicientem compellans : Quid est, inquit, bone vir, quod oculos in tergum toties retorques? cui ille respondit : Τεθαύμακα τῶν τροχῶν τὰ κινήματα· ἄνω, ἄλον ἔχει τὴν κίνησιν· τὰ τοίνυν τούτων μέρη μετεωρούμενα, αὖθις καταχθόνια γίνεται, καὶ ἔμπαλιν τὰ περιπίπτεια μετὰ τοῦτο ἀπεωρίζεται. Quibus auditis Sesostrim aiunt ad modestiam correctum esse, mandasseque denuo junctis mulis a collo regum jugum demi.

Ὁ δέ, περίεργος ὢν, δόλῳ τὴν ῥῆγα μετέρχεται. Ὁ μὲν γὰρ ῥὶξ τὴν τε Καπύην καὶ τὴν Βενεβεντὸν τὰς πόλεις νέον κτησάμενος ἐδεδοίκει περὶ αὐτῶν, μή ποτε τῆς ἐλευθερίας ἀντιποιήσωνται. Ὁ δὲ Βάρβαρος ἐκεῖνος τοῦτ' ἐγνωκὼς πρόσεισι τῷ ῥηγὶ, καὶ φησιν· *Εἰ βούλει σοὶ τὴν τῶν πόλεων τούτων ἀρχὴν βεβαίαν προσεῖναι, τοὺς λογιμωτέρους τῶν ἐν αὐταῖς μέταγε ἀλλαχοῦ, καὶ οὐκέτι τὸ πλῆθος καθ' ἑαυτὸ γεγονὸς, οὐδὲν φρονήσει νεώτερον.* Συνοίσουσαν οὖν τὴν συμβουλὴν ὁ ῥὶξ σπεύσας, ἔδοτο τῷ σὺν πᾷ, καὶ ἀσυμφανῶς δεσμὰ ἐχαλκεύοντο. Ἔπειτα καὶ τοῖς ἐξόχοις τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ὠμίλει ὁ πονηρὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ, καὶ ὅσπερ φιλικώτερον προσιέμενος, καὶ ἐν ἀπορρήτοις λέγει αὐτοῖς· ὡς ὁ ῥὶξ βούλεται τοὺς ἀξιολογωτέρους τῶν πολιτῶν ὑπὸ διαφόροις πεπεισμένος τί; τὴν ἑαυτοῦ χώραν μεταγαγεῖν, καὶ πίστις, ἔφη, τῶν λόγων τὸ τὰς σιδηρᾶς ἀλύσεις χαλκεύειν καὶ χειροπέδας, καὶ ἄλλα δεσμά. Τοῦτο τοίνυν ἐκεῖνοι ἀληθὲς εὑρηκότες, εὐσεβεῖν αὐτοῖς αὐτὸν ὑπειλήφασι, καὶ ἐξελθόντι πρὸς κυνηγέσιον τῷ ῥηγὶ τὰς πύλας τῶν πόλεων ἐπεζύγωσαν, καὶ οὐκέτι τοῦτον ἐντὸς εἰσεδέξαντο. Καὶ ὁ μὲν ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτόν· ὁ δὲ σουλδάνος παρὰ τῶν πολιτῶν ἐκείνων ἀντιμισθίαν εὕρατο τὴν ἐλευθερίαν. Ἀπελθὼν οὖν καὶ τὴν πρωτέραν ἀρχὴν αὖθις κατακτησάμενος, ἐκστρατεύει κατὰ τῶν εἰρηνέων πόλεων τῆς τε Καπύης καὶ τῆς Βενεβεντοῦ. Οἱ δὲ, τῇ πολιορκίᾳ πιεζόμενοι, στέλλουσι πρὸς τὸν Ῥῆγα, συγγνωμονῆσαί σφισι, καὶ συμμαχῆσαι θερμῶς· ἐξαιτούμενοι. Ὃς δ' ἐκεῖνος τὴν πρεσβείαν οὐ προσήκατο, ἐπιχαίρειν εἰπὼν τῇ ἀπωλείᾳ αὐτῶν, πρὸς τὸν βασιλέα Βασίλειον ἑτέραν πρεσβείαν ἐστάλκασι, παρακαλοῦντες ἐπαρῆξαι αὐτοῖς κινδυνεύουσι. Καὶ ὃς ὑπέσχετο, καὶ ὁ πρεσβευτὴς ἐπανῆκε θαῤῥεῖν παρεγγυήσων τοῖς συμπολίταις αὐτοῦ. Ἐκάλω δ' ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ μάθὼν ὁ σουλδάνος ὅπη τε ἦν, καὶ οἷα κομίζει τοῖς ἀστοῖς εὐαγγέλια, φησὶ πρὸς αὐτόν· *Εἰ ζῆν ἐθέλεις, ἀπατορρεῦσαι τὸν βασιλέα τὴν συμμαχίαν τοῖς πέμψασί σε ἀπάγγελλον ἐκ τοῦ τείχους προκύπτουσιν. Εἰ γὰρ μὴ οὕτω πρήσεις, ἴσθι αὐτίκα δὴ τεθνηξόμενος.* Ὁ δὲ συνίθετό ποιήσειν ὡς ἐντέλλοιτο, καὶ στὰς πρὸ τοῦ τείχους δίσμυς μετεχόμενος, ἔφη καὶ τὴν πρεσβείαν ἀνῦσαι, καὶ ἥξειν ὅσον ἤδη ἐκ βασιλέως βαθέσειν. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα λέγων, τοῖς ξίφεσι κατεσείσμηνο. Ὁ δὲ σουλδάνος, ἀπολισθὼν τὴν τῶν πόλιων ἕλωσιν, ὑπεχώρησε. Καὶ ὁ τῆς Ταρσοῦ δὲ ἀμηρᾶς Ἐσμὴν μετὰ πλοίων μεγάλων, ἃ κουμπάρια τοῖς ἐκ τῆς Ἄγαρ ὀνόμασται, τῇ πόλει τοῦ Εὐρίπου προσέβαλεν· ἦνυτε δὲ οὐδέν, ἀλλ' αὐτός τε ἀπόλετο κατρίως πληγείς, καὶ τὸ πλέον τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ. Ἀλλὰ μέντοι καὶ ὁ τῆς Κρήτης κρατῶν Σαὴς ὁ Ἀτζικὰφ, ἕτερον στόλον ἑτοιμασάμενος, Φώτιόν τινα δραστήριον ἄνδρα τούτῳ ἐπίστησεν, ὃς τά τε παράλια τοῦ Αἰγαίου, καὶ τὰς νήσους ἐκάκου. ὯΙ συναντήσας ὁ τῶν Ῥωμαίων στόλος, οὗ ναύαρχος ἦν ὁ τῶν πλοίμων δρουγγάριος ὁ πατρίκιος Νικήτας ὁ Ὠμορφᾶς (80), πολλὰς μὲν τῶν πολεμίων νεῶν τῷ ὑγρῷ πυρὶ ἀπετέφρωσε, καὶ τοὺς ταύτας ἐμπλέοντας, πολλοὺς δὲ μαχαίρας ἔδοτο ἔργον, καὶ πλείους ὑποδρυχίους ἐποίησεν. Ὅσοι δὲ τὸν πολυειδῆ τοῦτον ἔφυγον κίνδυνον, αἰσχρῶς ἀποδράντες ἐσώθησαν. Οὐκ ἠγάσθη μέντοι σωζόμενος πειρατικὰς δὲ νῆας ἑτοιμασάμενος τὴν Πελοπόννησον καὶ τὰς ἐκεῖ κατέτρεχεν νήσους. Ἀλλ' αὖθις αὐτοῖς ὁ ῥηξ τοῦ στόλου δρουγγάριος ἔπεμπε· τῷ γὰρ λιμένι προσορμίσας τῶν Κεγχρειῶν, καὶ τὰ πολέμια πλοῖα περὶ Μεθώνην καὶ Πύλον καὶ Πάτρας ἐμφιλοχωρεῖν ἐγνωκὼς, διὰ τοῦ κατὰ Κόρινθον ἰσθμοῦ ταχὺς διαγαγὼν τὰς τριήρεις ἐν τῇ ζηρᾷ, ἐπιτίθεται τοῖς πολεμίοις ἀνοίξασι, καὶ τῷ ἀνοίξαι ἐκπεπληγμένοις αὐτῶν,

A admissi facinoris veniam a rege precati, suppetias sibi ferri enixe petunt. Sed ut ille, repudiata legatione, se interitu illorum lætari dixit: ad imperatorem Basilium alia legatione missa, ut sibi periclitantibus subveniret, cum legatus impetratis auxiliis rediret, cives sues bonis animis esse jussurus: captus est ab hostibus, ex quo cum Sultanus cognovisset, unde veniret, et quam lætum civibus nuntium afferret, ait ille: *Si vivere volueris, tuis de muro prospectantibus renuntiato, imperatorem auxilia negasse. Quod ni feceris, te e vestigio moriturum scito.* Promisit ille se facturum quemadmodum juberetur, et vinctus astans ante mœnia, dum se legationem obiisse, et auxilia stetim ab imperatore ventura dicit, gladiis dilacerat. B Sultanus vero urbium expugnatione desperata, recessit. Tarsi quoque Ameras Esman cum magnis navigiis, quæ Agareni Cumparia vocant, Euripi urbem aggressus, nihil effecit, sed et ipse lethali accepto vulnere periit, et maxima pars exercitus illius. Cretæ porro princeps Saet Apochaps, Photium virum strenuum alteri classi a se instructa præfecit, qui et Ægæi maris oram, et insulas populabatur. Cui cum Romana classis, cujus navarchus erat classis drungarius patricius Nicetas Ooryphas, occurrisset: multas hostilium navium una cum vectoribus igni Græco in cineres redegit, multas ferro confecit, ac plures demersit. Qui multiplex hoc discrimen turpi fuga evaserant, C incolumitate non contenti, piraticis navibus paratis, Peloponesum et vicinas insulas vexaverunt. Sed eos idem drungarius, cum ad portum Cenchrearum applicuisset, ac naves hostiles circa Methonam, Pylum et Patras crebro stationes habere didicisset: triremibus per Isthmum Corinthiacum celeriter terra traductis, subito aggreditur: iisque improvisa impressione perculsis piraticas naves partim cremat, partim cum ipsis viris demergit, duce quoque hostium Photio interfecto. Et sic classis Cretensium periit.

Variæ lectiones et notæ.

(80) *Νικήτας ὁ Ὠμορφᾶς.* Nicetæ Paphlagoni Ὠμόφας. Is est Nicetas patricius, cujus meminit Ludovicus II imp. in Epist. ad Basilium imp. Constantinopolit. ubi *Hadriatici servator* dicitur.

τὰς μὲν τῶν ληστρικῶν νηῶν ἐπυρπόλησε, τὰς δὲ καὶ αὐτάνδρους κατέδυσε, καὶ αὐτοῦ τῶν πολεμίων ἡγουμένου Φωτίου ἀναιρεθέντος. Οὕτω μὲν οὖν ὁ καὶ τῶν Κρητῶν ἀπώλετο στόλος.

172 X. Verum ex Africa aliæ naves sexaginta ingentes Romanis provinciis vastandis usque ad Cephaleniam et Zacynthum processerunt. Contra eas Narsan classis præfectus missus est. Sed cum multi ex remigibus fugam cepissent, et triremes semivacuæ essent : navarchus ita cum hostibus non congrediendum esse ratus, casum illum ad imperatorem refert, et desertores inquisiti, ac cito reperti sunt. Ut autem terrorem incuteret nautis, nec ullum tamen Christianum supplicio afficeret : triginta captivos Agarenos carcere noctu extractos, fuligine inungi ne agnoscerentur, flagrisque cæsos per forum circumduci, et in Peloponesum perductos palis affligi jussit. Quo facto classiarii perterriti, noctuque hostes aggressi profligarunt, aliis cæsis, aliis captis. Deinde in Siciliam quoque transvecti, urbes Carthaginensibus obnoxias vexarunt et vastarunt. Cæterum Mesembriaci Arabes, cognito Romanæ classis otio navibus advecti, Phœnicibe et Syriæ oram infestarunt. Basilius enim cædem Michaelis decessoris sui expiaturus, multis in locis urbis regiæ cœlestis militiæ principi Michaeli nova templa, atque in ipsa regia magnificam et sumptuosam ædem, Novæ Ecclesiæ indito nomine, construxit. Nautis igitur his substructionibus occupatis, cum eorum terga a tollendis oneribus nunquam vacarent, cum manus in cophinis occupatæ essent, classis otiosa fuit. Qua de causa Agareni oram maritimam impune prædabantur. Neque vero illam duntaxat infestarunt, sed Syracusas etiam devastarunt, imperatore nautas ædificationibus defatigante, qui etiam Eliæ Thesbitæ, quem eximia veneratione colebat, ædem exstruxit, fore sperans ut ab eo, curru igneo, in cœlum tolleretur. Tamen Syracusarum captivitate et reversione cognita, misit qui nefariis Agarenis resisterent : sed nihil profecit. Deinde Nicephorum Phocam, ejus Phocæ qui post imperavit, avum, cum justis copiis ablegavit, virum fortissimum, et rei militaris peritissimum, qui Agarenos sæpe profligavit. Dum autem Basilius Imperator Theophilitzi, ut supra dictum est, adhuc inserviret una cum illo Peloponesum descendit, et templum Andreæ est ingressus, in quo **173** degebat monachus

A — Ἐξ Ἀφρικῆς δ' αὖθις ἕτεραι νῆες ἑξήκοντα πεμμεγίθεις ἐξώρμησαν, καὶ τῇ ὑπὸ Ῥωμαίους καὶ αὗται ἐλυμαίνοντο, καὶ μέχρι Κεφαληνίας καὶ Ζακύνθου προήλθοσαν. Στέλλεται τοίνυν ναυτικὸν κατ' αὐτῶν, ναυαρχοῦντα τὸν Νάρσαν ἔχον. Πολλῶν δ' ἐκ τῶν περὶ τὴν εἰρεσίαν πονούντων ἀποδρασάντων, αἱ τριήρεις ἦσαν ἡμίκενοι· διὸ καὶ ὁ ναύαρχος οὐκ ἔκρινε δεῖν οὕτω συμμίξαι τοῖς πολεμίοις, ἀλλ' ἀναφέρει τῷ βασιλεῖ τὸ συμβὰν, καὶ οἱ λιποτάκται ζητηθέντες ταχὺ κατεσχέθησαν. Ἵνα δὲ καὶ φόβον ἐμποιήσῃ τῷ ναυτικῷ, καὶ μηδένα κολάσῃ Χριστιανὸν, τριάκοντα τῶν ἐν εἰρκταῖς φρουρουμένων αἰχμαλώτων Ἀγαρηνῶν ἐκβληθῆναι κελεύει νυκτὸς, καὶ περιχρίσαι μὲν δοθῆναι τὰς ὄψεις αὐτῶν, ὡς ἂν μὴ ἐπιγινώσκοιντο, εἶτα αἰκίσασθαι σφᾶς, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς περιαγαγεῖν, ἀναστολοπισθῆναί τε ἀπαχθέντας εἰς Πελοπόννησον. Οὗ γενομένου, οἱ τοῦ στόλου ναυτικοὶ ἐξεδειματώθησαν, καὶ οὕτω τοῖς ἐναντίοις ἐπῆλθον νυκτὸς, καὶ τρόπαιον ἤραντο, τῶν μὲν ἀπολομένων, τῶν δὲ ἁλωκότων. Εἶτα καὶ εἰς Σικελίαν διέβησαν, καὶ τὰς ἐπὶ πόλεις ὅσαι τοῖς Καρχηδονίοις διέφερον ἐκάκωσάν τε καὶ ἐξεπόρθησαν. Καὶ οἱ ἐκ Μεσημβρίας δὴ Ἄραβες, ἐσχολακέναι τὸν Ῥωμαϊκὸν μαθόντες στόλον, τὰ τῆς Φοινίκης καὶ τῆς Συρίας νανσὶ προσπλέοντες ἐκάκουν παράλια. Ὁ γὰρ βασιλεὺς, ὅτι Μιχαὴλ ἀνεῖλε τὸν περὶ αὐτοῦ βασιλεύοντα, οἷον ἐξιλασκόμενος τὸν Θεὸν, πολλαχοῦ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων τῷ ἀρχιστρατήγῳ Μιχαὴλ (81) ναοὺς ἐδείματο ἐκ καινῆς· καὶ ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς ἀνακτόροις ἐδομήσατο τούτῳ πολυτελῆς τε καὶ πολυδάπανον τέμενος, ὃ καὶ Νέαν Ἐκκλησίαν ἐκάλεσεν. Ἐν τούτοις οὖν τοῖς δομήσασιν ἀσχολουμένων τῶν πλοίμων, καὶ τῶν νώτων αὐτῶν οὐκ ἀφισταμένων ἀπὸ τῶν ἄρσεων, τῶν τε χειρῶν αὐτῶν ἐν τοῖς κοφίνοις (82) δουλευούσῶν, ὁ στόλος ἐσχόλασε· διὸ οἱ Ἀγαρηνοὶ ἀδεῶς, ὡς εἴρηται, τὰ παράλια ἐλῃζοντο, καὶ οὐ μόνα ταῦτα ἐκάκουν, ἀλλὰ καὶ τὴν Συράκουσαν ἐξεπόρθησαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ ναυτικὸν τοῦ στόλου κατέτρυχε ταῖς οἰκοδομαῖς, καὶ τῷ προφήτῃ Ἠλίου τῷ Θεσβίτῃ ναὸν ἀνεγείρας· ἐτίμα γὰρ τοῦτον διαφερόντως, καὶ ἔφετο προσληφθήσεσθαί ποτε παρ' αὐτοῦ καὶ τῷ πυρίνῳ συνεπαρθήσεσθαι ἅρματι. Ὅμως μέντοι, τὴν ἅλωσιν καὶ κατασκαφὴν τῆς Συρακούσης (83) μαθὼν, ἔστειλε τοὺς ἀντιξουσομένους

Variæ lectiones et notæ.

(81) *Ἀρχιστρατήγῳ Μιχαὴλ.* De variis S. Michaelis ædibus exstructis sacris egimus in nostra *Constantinopoli*, lib. III, sect. 3, n. 4, ubi præsertim de hac *Nova* dicta : in his etiam, de ea quæ in Conchylio stetit, imperante Justiniano, quam eamdem esse existimo, quæ palatio adjacuisse dicitur in concilio CP. sub Mena, act. 2 : Ἐγινόμεθα καὶ ἐν τῷ εὐαγεῖ εὐκτηρίῳ οἴκῳ τοῦ ἁγίου ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ τῷ προκειμένῳ τῷ εὐσεβεῖ παλατίῳ. Paulo supra exstitisse ἐν τῷ παλατίῳ scribitur. Hanc *S. Michaelis de Bucelone ecclesiam* vocat Innocentius III PP. lib. XII, epist. 70.

(82) *Ἐν τοῖς κοφίνοις.* Κόφινος dicitur vas ex virgultis terræ portandæ idoneum. Codinus in *Orig. CP.* n. 110 : Ἵστατο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ λιμένι στήλη μαρμάρινος Ἐλευθερίου, φέρουσα πτύον καὶ κόφινον.

(83) *Κατασκαφὴν τῆς Συρακούσης.* Hoc Syracusæ excidium attigit etiam Constantinus in Basilio, n. 49, et ex eo Scylitzes, et alii : sed præ cæteris hanc urbis calamitatem descripsit Theodosius monachus in Epistola ad Leonem archidiaconum de Syracusanæ urbis expugnatione, quæ servatur in Bibliotheca S. Servatoris Messanæ, et quam ex Græco Latinitate donatam descripsit Rocchus Pyrrhus in *episcopis Syracusanis*, in qua et famem ingentem a civibus perpessam in urbis obsidione, et clades a Barbaris istis Saracenis illatas Christianis

μένους τοῖς ἁλτῆρίοις Ἀγαρηνοῖς· ἀλλ' οὐδὲν ἦνυστο. Εἶτα τὸν Φωκᾶν Νικηφόρον, τὸν πάππον τοῦ μετέπειτα βασιλεύοντος Φωκᾶ μετὰ δυνάμεως ἀξιο- A

chus quidam virtutis studiosus, qui Theophilitæ nullam rationem habuit, sed Basilio conspecto, honoris causa surrexit, eumque adoratum

Variæ lectiones et notæ.

luculenta oratione describit, ut qui ei obsessa urbe, in ea cum aliis famem ipsam, et ea expugnata, duram captivitatem perpessus fuerit. Quæ quidem epistola Latina duntaxat oratione exarata, interim dum Græca prodeant, quorum quædam fragmenta habentur in bibliotheca Regia, si hic describatur, haud ingratum forte rerum Byzantinarum studiosis fuerit, tum quod horum temporum illustrandæ historiæ non parum conducat, tum etiam quod Pyrrhi Sicilia haud omnibus obvia sit. *Eorum quæ nobis evenerunt, vir divinissime, singula persequi velle, sane diuturnius, opportunisque temporis spatium postulare videtur; brevioreque epistola est, quam ut totam rerum gestarum seriem complectatur. Contra vero penitus hæc silere, communemque do-* B *loris sensum, quem ex his cepit potius ferme terrarum orbis (facile enim mihi persuadeo condoluisse nobis eos, apud quos vel solum Syracusarum nomen devenerat) valde stupentis animi, morboque indolentiæ apprime laborantis futurum fuisse existimavi. De qua re prophetarum quidam tanquam ex ore Dei sic est locutus:* Male illos accepi flagris, nec tamen doluerunt. *Ac si quocunque modo narrationem harum rerum instituam, bene utrisque consultum erit: mihi quoque aliquam afferet orationem, quæ mœrentibus illis revelatum iri confido, quibus nunc male discrucior. Quippe sic natura comparatum est, ut ea quæ nobis molestiæ sunt, si sermone vulgaveris, animi levent ægritudinem, tibi vero merces minime fluxa hinc accedet, si compatiendo lacrymis narrationem prosequeris. In hostium tandem potestatem deveninus: capti demum fuimus, o vir divinis honoribus perfuncte, nec sane pejora sunt Hierosolymæ* C *experiæ cum caperentur, nec Samaria prior Hierosolymis expugnatæ. Tandem passi sumus direptionem, quam non insulæ Chelim unquam agnovere, non regiones barbaricæ, non urbes quæcunque in medium afferri possent. Ejusmodi fuit hoc excidium, ut eodem die, quibus antea propugnatum erat, arcus et pharetras contriverit, arma, gladium, et bellum dejecerit, strennos quosque debilitaverit, propugnatoresque gigantes (sic enim magnanimos illos appellaverim, qui egregie operum suam præstiterunt, qui et famem antea tolerare, et labores quoscunque subire, et vulneribus confici prope infinitis pro Christi amore non dubitarunt, et post captum urbem gladiis contrucidati sunt) hostium violentiæ cedere coegerit. Tandem in hostium manus incidimus, cum antea diu ac sæpius fuisset ad muros propugnatum, cum etiam navali prælio (horrendum sane spectaculum, ipsisque intuentium oculis consternationem ingenerans: consternatur enim aspectus rerum atrocitate quæ sæpe illi objiciantur) fuerit multoties decertatum. Victi* D *fuimus post multas nocturno tempore factas obsidiones, et hostiles insidias, post admotas muris machinas, quibus totum fere diem tundebantur, post gravem illam in nostra propugnacula lapidum projectorum procellam, post illas urbium vastatrices testudines, murosque subterraneos, quos vocant: nihil enim horum quæ ad urbis expugnationem censebantur idonea, intentatum reliquerunt ii quibus obsidendæ urbis cura incumbebat, quorum jampridem potiundæ urbis cupiditas animos inflammaverat, summa animorum contentione decertabant, quo quisque pacto cæteris præstaret, novas in dies singulos machinas excogitando, quibus urbs capi diruique facilius posset. Quanquam ab hisce Deus altissima consilii ratione admirabili nos quodammodo protexit. Quid verro necesse est more tragico ejulantem latius per equi, quantam et qualem in nos malorum congeriem invexerit summo situ conati sunt hostes? quid indictum infectumque reliquerunt, quod ad timorem incutiendum iis qui detinebantur obsessi, animosque consternendos facere visum esset? tempus admonet, ut ad ea quæ intus gerebantur orationem convertamus, deque iis excursim aliqua dicamus. Foris vastabat gladius, et intus pabor, ut pervetusto illo oracula Moysen res nostras vaticinatum esse plane asseveraverim. Cum enim æque ac populo Israelis in Deum ante a nobis peccatum esset, eumdem quem olim ille, divinæ iracundiæ calicem potavimus, capti sumus, posteaquam ægre diuturnam famem herbarumque victu toleravimus: postenquam sordida quæque rerum egestate compulsi, in os congessimus. Quin et ad liberorum etiam comestiones (rem nefariam et silentio prætereundam) processimus, cum antea nec ab humanæ carnis esu (heu quam horrendum spectaculum) abhorruimus. Sed quis hæc pro dignitate tragice deploraverit? non a coriis bubulisque pellibus abstinuimus, non ab aliis quibuscunque rebus, quæ fame enectis quidquam solatii afferre posse crederentur, ne ossibus quidem aridis parcentes, injucundam nobis cænam apparabamus. Novum profecto, et ab omni mortalium usu abhorrens alimenti genus. Etenim Syracusanorum complures, (quid homines non cogit fames importuna?) quadrupedum ossa molere primum, tum aquæ perpauxillo conspergere, quamvis abunde nobis aquas ad hos usus Arethusæ fons suppeditaret, atque hoc inventu famem sedare miserrimi homines cogebantur. Jam enim tritici modius centum et quinquaginta nummis aureis vænalis erat, pistores vero pluris vendebant, quippe ducentis aureis; unde fiebat ut duarum unciarum panis (rem mirum!) nummo aureo venderetur. Adde quod trecentis aureis* E *et eo amplius, quomodocunque edule vænum ibat, et quinque supra decem, quandoque etiam viginti constabat equinum caput: asininæ carnes etiam in deliciis habitæ. Jam vero domesticarum avium defecerat genus: oleum autem et salsamentorum cujusque generis obsonia, vel ea quæ, ut ait Gregorius Theologus, pauperum esse cibus solent, jam erant absumpta. Casei, leguminum et piscium esus omnino nullus: jam enim unius atque alterius portus, quibus interjacent Syracusæ, per vim hostes potiti fuerant, rum antea arces, quæ Brachiolia dicebantur, et ob ingressu portuum hostes arcebant, solo funditus adæquassent. Illud vero longe molestissimum accidit: nam sævissima pestis (proh dolor!) famem subsecuta est. Morbus etiam tetanus, a nervorum contractione sic dictus, quosdam divexabat: quibusdam autem apoplexia dimidiam partem corporis arefaciebat, alios repentino mori cogebat, nec defuere qui eodem genere morbi correpti, aut corporis dimi-* D *dium movere tantum poterant, aut omnino omni movendi corporis facultate destituebantur. Alii instar utrium influto corpore horrendum sui spectaculum intuentium oculis exhibebant, quousque mors illis superimminens (num hæc quoque divino imperio parebat, atque ex hujus præscripto nonnihil retardabatur) ægre tandem miseros gravissimis doloribus liberabat. Enimvero iis quæ jam a nobis memorata sunt, permulta alia adjungi possent, quæ longiore indigerent oratione, quam ea quæ ab homine in custodiam dato proficisci potest. Quid enim aliud potero quam res tam grandes paucis perstringere ac tenuare, qui carcere inclusus ne horum quidem habeo pacati otii? densissimis carceris caligo, quæ ob oculos versatur, aspectum hebetat atque obtundit: tumultus eorum qui simul in eadem asservantur custodia, mentem agitant atque perturbant: turris quæ ad majorem portum in dextro urbis angulo erat exstructa, catapultarum vi, quibus hostes saxa-

amanter excepit. Eo mulier quædam vidua illius loci primaria, et magnis opibus affluens cognito, hominem pro familiaritate accersitum interrogat,

A μάχου ἐκπέμψειεν, ἄνδρα γίνεσθαι δοκοῦντα τὸ δημοῦ καὶ στρατηγικώτατον, ὃς καὶ πολλὰ κατὰ τῶν τῆς Ἀγαθοκλέους γένους ἐπράξατο τρόπαια. Ὅτε δὲ τῷ θορύβῳ ὡς προ-

Variæ lectiones et notæ.

N. XVII. Ὅπως ἀπεστάτησε πάλιν τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος, καὶ ὅπως εἰς δύο ἀρχηγοὺς περιέστη, καὶ ὅπως ὁ εἷς τὸν ἄλλον διέφθειρε, παρασκευάσας τὸ πλῆθος λιθολευστῆσαι αὐτόν. Ὅτι ὁ βασιλεὺς ὑστεριῶν ἐξεστράτευσε κατὰ Βουλγάρων. Ὅπως ὁ Ἀλουσιάνος ἔφυγεν ἐκ τῶν Ῥωμαίων εἰς τοὺς Βουλγάρους, καὶ ὅπως ἐγνωρίσθη τοῦ Ἀαρὼν εἶναι υἱός. Καὶ ὅπως τὸν Δολιάνον κατασχὼν ἀπετύφλωσε. Ὅτι προσῆλθεν ὁ Ἀλουσιάνος τῷ βασιλεῖ. Ὅπως ἀπῆλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν μονὴν τῶν ἁγίων Ἀναργύρων, καὶ ἀπεκάρη. Τελευτὴ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παφλαγόνος.

N. XVIII. Ὅτι εἰσῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια ὁ Καῖσαρ Μιχαήλ. Ἀνάῤῥησις εἰς βασιλέα τοῦ Καίσαρος, καὶ οἷος ἦν τὸ ἦθος ὁ Μιχαήλ. Ὅπως διετέθη πρὸς τὸν θεῖον αὐτοῦ τὸν Ὀρφανοτρόφον. Ἐξορία τοῦ Ὀρφανοτρόφου. Ὅτι τοὺς οἰκείους συγγενεῖς ὁ Μιχαὴλ ὑβρίζει.

N. XIX. Ὅτι αἰτιάσεις κατὰ τῆς βασιλίδος Ζωῆς πλασάμενος ὁ Μιχαὴλ ἀποκείρει αὐτὴν πρότερον, εἰς τὴν τοῦ Πρίγκιπος νῆσον περιορίσας αὐτήν. Ὅτι διὰ τὴν στάσιν ἀνεκομίσθη ἡ βασιλὶς, καὶ ὁ λαὸς μελενδυτοῦσαν ἰδὼν αὐτὴν εἰς πλέον τεθύμωται. Ὅτι πρὸς τὴν τῆς Ζωῆς ἀδελφὴν τὴν Θεοδώραν τὸ πλῆθος τραπὲν, Αὐγούσταν αὐτὴν ἀνηγόρευσεν ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὅτι εἰς τὴν μονὴν τοῦ Στουδίου ὁ Μιχαὴλ καὶ ὁ θεῖος αὐτοῦ ὁ Κωνσταντῖνος ἀπῆλθον. Ὅτι ἐτυφλώθησαν ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ καὶ ὁ θεῖος αὐτοῦ ὁ νοβελλίσιμος Κωνσταντῖνος, εἶτα καὶ ὑπερωρίσθησαν.

N. XX. Ὅτι ἄνδρα ἡ βασιλὶς Ζωὴ ἐμνηστεύετο. Ὅπως ἀπεδοκιμάσθη ὁ Δαλασσηνός. Περὶ τοῦ Μονομάχου, καὶ ὅπως παρὰ τῆς βασιλίσσης Ζωῆς ἠρέθη πρὸς βασιλείαν καὶ πρὸς συνοίκησιν. Ὅτι ἐστέφθη ὁ Μονομάχος.

N. XXI. Οἷος ἦν τὴν γνώμην ὁ Μονομάχος. Περὶ τοῦ Βοϊσθλάβου, καὶ ὅσα παρ' ἐκείνου ἐγένοντο. Περὶ τοῦ Μονομάχου, καὶ τῆς Σκληραίνης τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἔρωτος. Ὅτι ἐπανήχθη ἐκ τῆς Μιτυλήνης ἡ Σκληραινα, καὶ ὅπως αὐτῇ ἐχρήσατο ὁ βασιλεύς. Τελευτὴ τῆς Σκληραίνης.

N. XXII. Περὶ τῆς τοῦ Μανιάκη ἀποστασίας, καὶ ὅπως διελύθη. Ἀποστασία τοῦ Ἐρωτικοῦ. Περὶ πατριαρχῶν. Ὅτι ἐτυφλώθη ὁ γεγονὼς Ὀρφανοτρόφος Ἰωάννης. Ἀποστασία τοῦ Τορνικίου Λέοντος.

N. XXIII. Ὅτι ἐτυφλώθησαν ὁ Τορνίκιος καὶ ὁ Βατάτζης.

N. XXIV. Περὶ τῶν Ῥὼς κατὰ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἐπελεύσεως. Ναυμαχία κατὰ τῶν Ῥὼς καὶ ἥττα αὐτῶν.

N. XXV. Ὅπως οἱ Τοῦρκοι κατὰ τῆς ὑποκειμένης Ῥωμαίοις Ἑῴας μοίρας ἐχώρησαν, καὶ τίνες οὗτοι. Ὅπως οἱ Τοῦρκοι ταῖς ὑπὸ Ῥωμαίους ἐπῆλθον χώραις. Περὶ τῆς κωμοπόλεως τοῦ Ἄρτζε. Πόλεμοι Ῥωμαίων συμμαχουμένων Ἰβήρσι πρὸς τοὺς Τούρκους, καὶ ἅλωσις τοῦ Λιπαρίτου ἄρχοντος τῶν Ἰβήρων. Ὅτι αὐτὸς ὁ σουλτὰν κατὰ Ῥωμαίων ἐχώρησε.

N. XXVI. Περὶ Πατζινάκων, καὶ ὅπως εἰς τὰ παρίστρια διέβησαν. Περὶ τῆς τῶν Σκυθῶν προσελεύσεως. Περὶ τῆς τῶν ἑτέρων Σκυθῶν ἐπελεύσεως, καὶ ὅπως ἑάλωσαν. Ὅπως οἱ Σκύθαι τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους δουλείας ἀφηνίασαν, εἶτα ἐσπείσαντο.

N. XXVII. Περὶ ἐπιβουλῆς τοῦ Βοΐλα, καὶ οἷος ἦν ἐκεῖνος. Ὅτι οὐ κατὰ λόγον ἀναλίσκων τὰ δημόσια χρήματα, εἰς πόρους ἀπείδεν οὐκ εὐαγεῖς ὁ Μονομάχος.

N. XXVIII. Τελευτὴ τῆς βασιλίδος Ζωῆς. Περὶ τῆς ἐξ Ἀλανῶν παλλακευομένης τῷ βασιλεῖ. Περὶ τῆς νόσου, ἣ τῶν νόσων τοῦ Μονομάχου. Περὶ τοῦ λογοθέτου τοῦ δρόμου Ἰωάννου. Περὶ τοῦ Λειχούδου Κωνσταντίνου. Ὅτι τὸν πρωτεύοντα ἐβουλήθη ὁ βασιλεὺς καταλιπεῖν διάδοχον τῆς ἀρχῆς.

N. XXIX. Ὅτι εὐτυχοῦσα ἦνυσε τὴν ἀρχὴν ἡ Θεοδώρα. Ὅτι ὁ στρατιωτικὸς Μιχαὴλ εἰς τὴν τῆς βασιλείας ἀνήχθη περιωπήν. Τελευτὴ τῆς βασιλίδος Θεοδώρας.

LIBER DECIMUS OCTAVUS.

N. I. Ὅτι τοῖς στρατιωτικοῖς ἄρχουσιν οὐ δεξιῶς ἐχρήσατο ὁ βασιλεὺς Μιχαήλ. Ἀποστασία τοῦ μονομάχου Θεοδοσίου.

N. II. Προσέλευσις τῶν στρατιωτικῶν ἀρχόντων πρὸς Παρασπόνδυλον. Ὅπως ὁ Βρυέννιος ἐτυφλώθη. Ἀποστασία τοῦ Κομνηνοῦ καὶ στρατιωτικῶν ἀρχόντων. Ὅτι ἐκράτησε Νικαίας ὁ Κομνηνός. Ὅτι συμβαλόντες τοῖς περὶ τὸν Κομνηνὸν οἱ βασιλικοὶ ἡττήθησαν.

N. III. Ἀποστολὴ πρέσβεων πρὸς τὸν Κομνηνὸν περὶ εἰρήνης. Ὅσα τῷ βασιλεῖ διὰ τῶν πρέσβεων ὁ Κομνηνὸς ἐδήλωσε. Ὅτι ἃ ᾔτησεν ὁ Κομνηνὸς πληρῶσαι ὁ βασιλεὺς ἐπηγγείλατο, καὶ πάλιν οἱ πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἀπεστάλησαν. Οἷα ἐγγράφῳ τοὺς συγκλητικοὺς ἀπῄτησεν ὁ βασιλεὺς Μιχαήλ.

A Ὅτι στασιώδεις τινὲς εἰς τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν συνῆχθησαν, καὶ ὅτι βασιλέα τὸν Κομνηνὸν ἀνηγόρευσαν, καὶ τοῦ πατριάρχου συνευδοκοῦντος. Ἔκπτωσις τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ γέροντος.

N. IV. Ὅτι, πρώην οἰκονόμων καὶ σκευοφυλάκων τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας παρὰ τοῦ βασιλέως προβαλλομένων, ὁ Κομνηνὸς καὶ ἅμ᾽ ᾧ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀπένειμε. Ὅτι ἀποτόμως τῇ τῶν κοινῶν πραγμάτων διορθώσει ἐπεχείρησε, καὶ γέγονεν ἅπασι μισητός. Ὅτι οὐδὲ αὐτῶν τῶν τῷ Θεῷ καθωσιωμένων ἐφείσατο.

N. V. Ὅτι ὁ πατριάρχης ἤθελεν ἐπιτάσσειν τῷ βασιλεῖ, καὶ ἠπείλει αὐτῷ. Ἐξορία τοῦ πατριάρχου Μιχαήλ. Τελευτὴ τοῦ πατριάρχου ἐν τῇ ἐξορίᾳ. Περὶ πατριαρχῶν. Ὅπως τὰ δικαιώματα τῆς ἐλευθερίας τῶν Μαγγάνων Ἴσαβιν ὁ βασιλεὺς ἐκ τοῦ
B Λειχούδου.

N. VI. Ὅτι στρατεία κατὰ τῶν Οὔγγρων καὶ Πατζινάκων. Ὅπως τὸν ἐκ τῆς Δρυὸς κίνδυνον ἐξέφυγεν ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ περὶ αὐτόν.

N. VII. Ὅπως τὴν βασιλείαν ἀπέθετο ὁ Κομνηνός, καὶ ἐμόνασε, τὸν Δούκαν προχειρισάμενος βασιλέα. Οἷος ἦν τὸ ἦθος ὁ Κομνηνός.

N. VIII. Ἐπιβουλὴ κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ ὅπως ταύτην διέφυγεν. Οἷος ἦν ὁ δούκας τοὺς τρόπους. Ὅτι ἐκ φειδωλίας δώροις ἤθελε φιλιοῦν τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν.

N. IX. Περὶ τοῦ ἔθνους τῶν Οὔτζων. Περὶ στεισμῶν. Περὶ ἀστέρος κομήτου. Περὶ πατριαρχῶν. Ὅτι νοσήσας ὁ βασιλεὺς καὶ ἐκλείπων τοῖς υἱοῖς βασιλείαν κατέλιπε, κἀκείνος τὴν μητέρα ἐπέστησεν, ὁμόσασαν ἐγγράφως μὴ δευτερογαμῆσαι. Τελευτὴ Κωνσταντίνου βασιλέως τοῦ δούκα.

N. X. Ὅτι ἡ βασιλὶς Εὐδοκία βασιλέα τοῖς πράγμασιν ἐπιστῆσαι ἐβουλεύσατο. Περὶ τοῦ Διογένους, καὶ οἷος ἦν τὸ γένος καὶ τὴν ἰσχύν. Ὅτι τυραννῆσαι βουλευσάμενος κατεσχέθη ὁ Διογένης, καὶ μέλλων κολασθῆναι ἀφείθη. Ὅπως ἠπατήθη ὁ πατριάρχης, καὶ δέδωκε τῇ δεσποίνῃ τὸ τοῦ ὅρκου αὐτῆς ἔγγραφον. Ὅτι συνήφθη τῇ βασιλίδι Εὐδοκίᾳ ὁ Διογένης, καὶ ἀνερρήθη.

N. XI. Ὅτι ἐξεστράτευσεν ὁ Διογένης ἐν τῇ Ἑῴᾳ καὶ ὅσα ἐποίησε. Ὅτι καὶ πρὸς Συρίαν ὥρμησεν ὁ βασιλεύς, καὶ τὴν Ἱεράπολιν ἔλαβε, καὶ τοὺς Χαλεπίτας ἐτρέψατο. Ἥττα τῶν βαρβάρων. Ἅλωσις ὑπὸ Ῥωμαίων φρουρίων τινῶν βαρβαρικῶν καὶ ἀγγελία τῷ βασιλεῖ λαφυραγωγηθῆναι τὸ Ἀμόριον.

N. XII. Ἑτέρα ἐκστρατεία τοῦ βασιλέως, καὶ
D ὅσα ἐν ταύτῃ συνέβησαν. Περὶ τοῦ ἐμπρησμοῦ τοῦ νεὼ τῶν Βλαχερνῶν. Περὶ τοῦ Κομνηνοῦ Μανουὴλ, καὶ ὅπως ἐλήφθη αἰχμάλωτος, καὶ ὅπως ἐπανῆλθεν, ἄγων καὶ τὸν ἁλόντα αὐτὸν Τοῦρκον πρόσφυγα τῷ βασιλεῖ.

N. XIII. Ἡ τελευταία ἐκστρατεία τοῦ Διογένους καὶ ὅσα ἐν αὐτῇ σημεῖα συνέβησαν. Περὶ τῆς τῶν Νεμίτζων ἀποστασίας, καὶ ὅτι διεῖλεν ὁ Διογένης τὸ στράτευμα, καὶ οὐ μετὰ πολλῶν ἐκεῖνος περιελείφθη.

N. XIV. Ὅτι Οὔζοι πρὸς τοὺς Τούρκους ἠτομόλησαν, καὶ ὅτι μετεκαλέσατο, καὶ τὸ στράτευμα, ὃ διεῖλεν ὁ βασιλεύς, οἱ δὲ οὐκ ἀφίκοντο, καὶ ὅτι, τοῦ βασιλέως ἑτοιμαζομένου πρὸς πόλεμον, ἐκ τοῦ σουλτὰν πρέσβεις ἦκασι περὶ εἰρήνης. Ὅτι, ὑποστρεψάντων τῶν πρέσβεων, ὁ βασιλεὺς πρὸς μάχην

ὥρμησε, καὶ ὅπως ἡττήθη καὶ ἐάλω. Ὅπως ὁ σουλτὰν ἐχρήσατο τῷ βασιλεῖ ἀπαχθέντι πρὸς αὐτόν.

N. XV. Ὅτι προστάγματα ἐπέμφθησαν παντα-χοῦ μὴ δέχεσθαι τὸν Διογένην ὡς βασιλέα, καὶ ὅτι τοῦ Καίσαρος υἱοὶ ἐστάλησαν κατ' αὐτοῦ. Ὅπως κατεκλείσθη ὁ Διογένης. Καὶ ὅτι ἐπὶ συνθήκαις παρέδωκε ἑαυτόν. Ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ νήσῳ ἀπα-χθεὶς ἐτελεύτησεν ὁ Διογένης.

N. XVI. Ὅτι τὸν Σίδην ἐπέστησε τοῖς πράγμασι πρότερον, εἶτα τὸν Νικιφορίτζην. Ὅτι ἀμελῶν τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων, λόγοις ἐσχόλασεν ὁ Μι-χαήλ. Ὅτι ὁ σουλτὰν, τὰ κατὰ τὸν Διογένην μαθὼν, τὴν Ἔφαν κατέτρεχε. Ὅτι ὁ Κομνηνὸς Ἰσαάκιος ἐστάλη μετὰ τοῦ Ῥουσελίου, τοῖς Τούρκοις ἀντιτα-ξόμενος, καὶ ἡττηθεὶς ἐάλω, καὶ ὁ Ῥουσέλιος ἀπε-στάτησε. Ὅτι ὁ Καῖσαρ σταλεὶς κατὰ τοῦ Ῥουσε-λίου ἡττήθη, καὶ ἐάλω. Ὅτι ὁ βασιλεὺς Τούρκους κατὰ τοῦ Ῥουσελίου μετεπέμψατο, ὁ δὲ, λύσας τὸν Καίσαρα, βασιλέα ἀνεῖπε· καὶ συμμίξας τοῖς Τούρ-κοις, αἰχμάλωτος καὶ αὐτὸς καὶ ὁ Καῖσαρ ἐλήφθη-σαν. Ὅτι ὁ Καῖσαρ διὰ τοῦ βασιλέως ἐξωνηθεὶς ἐχειρώθη, καὶ μοναχὸς γέγονεν. Ὅτι ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος εἶλε τὸν Ῥουσέλιον. Ὅπως ἐκλήθη Παρα-πινάκιος οὗτος ὁ βασιλεύς.

N. XVII. Περὶ τοῦ τῶν Χροβάτων ἔθνους. Περὶ τῆς ἀποστασίας τοῦ δούλου Νέστορος. Ὅτι υἱὸς ἐτέχθη τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐστρέφθη παρ' αὐτοῦ. Περὶ τοῦ τεχθέντος σημειώδους παιδός. Περὶ τοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τούτου γενομένου λιμοῦ καὶ λοιμοῦ. Ὅτι ὁ Βοτανειάτης παρὰ τῶν Ἐφίων ἀρχόντων βασιλεὺς ἀνερρήθη. Ὅτι καὶ ἐν τῇ δύσει ὁ Βρυέννιος Νικηφό-ρος ἀποστασίαν ἐπεχείρησε. Ὅτι ὁ Κομνηνὸς Ἀλέ-ξιος καὶ ὁ Ῥουσέλιος ἀπεστάλησαν κατὰ τοῦ Βρυ-εννίου.

N. XVIII. Περὶ πατριαρχῶν. Ὅτι οἱ Τοῦρκοι τὰς Ῥωμαϊκὰς κατέσχον χώρας ἐν τῇ Ἐφῳ, καὶ ᾠκειώ-σαντο. Ὅτι ὁ Βοτανειάτης κατέσχε τὴν Νίκαιαν. Ὅτι ὁ δῆμος τῆς πόλεως βασιλέα ἀνεῖπε τὸν Βοτα-νειάτην, καὶ τὸν Μιχαὴλ καθεῖλον καὶ ἀπέκειραν. Ὅπως ὁ Βοτανειάτης τῆς βασιλείας ἐδράξατο.

N. XIX. Ὅπως ὁ Βρυέννιος τυράννων ἐάλω, καὶ ἐτυφλώθη. Ἐπανάστασις τῶν Βαράγγων. Ὅτι τὴν πρὸ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως γυναῖκα ἔγημεν ὁ Βοτανειά-της. Ὅτι μητροπολίτης Ἐφέσου ἐχειροτονήθη ὁ τῆς βασιλείας ἐκπεσὼν Μιχαήλ. Ἀποστασία τοῦ Βασιλακίου, καὶ ἅλωσις, καὶ πήρωσις τῶν ὀφθαλ-μῶν αὐτοῦ. Ἀποστασία Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ τοῦ Δούκα. Ὅτι τὸν Σίδην εἰς διοίκησιν τῶν κοινῶν ὁ βασιλεὺς προεστήσατο, καὶ περὶ τοῦ Γερμανοῦ, καὶ τοῦ Βοτανειάτου. Περὶ τοῦ Λογοθέτου Νικηφόρου, καὶ ὅπως ἀνῃρέθη.

N. XX. Περὶ τῶν Κομνηνῶν, καὶ πῶς εἰς ἀποστα-σίαν ὥρμησαν, ὅπως τῆς πόλεως ἐκράτησαν, καὶ τῆς βασιλείας ἐπέτυχον. Ὅτι ὁ Βοτανειάτης ἀπεκάρη, καὶ εἰς τὴν Περιβλέπτου ἀπελθὼν, ἐκεῖ ἐτελεύτησε.

N. XXI. Περὶ τῶν ἀδελφῶν τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς μητρὸς, καὶ τῶν γαμβρῶν. Περὶ πατριαρχῶν.

N. XXII. Περὶ τῶν νήσων, ὅπως ἐάλωσαν. Περὶ τοῦ Τζαχᾶ. Περὶ τῆς Κρήτης καὶ τῆς Κύπρου. Ὅσα ἐποίησεν οὗτος ὁ βασιλεὺς πρὸς κάκωσιν τῶν ὑπη-κόων. Περὶ τῶν θυγατέρων τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν υἱῶν, καὶ τῶν ἐπὶ θυγατράσι γαμβρῶν. Περὶ τοῦ μεγάλου σεισμοῦ.

N. XXIII. Περὶ τῶν Πατζινάκων, καὶ ὅπως κατε-τρώθησαν. Περὶ ἐπιβουλῆς κατὰ τοῦ βασιλέως με-λετηθείσης. Ἑτέρα ἐπιβουλή. Περὶ τῆς τῶν Φράγ-γων συγκινήσεως, καὶ πρὸς τὴν Ἔφαν αὐτῶν διε-περαιώσεως. Περὶ τῆς τῶν Βογομίλων αἱρέσεως, καὶ ὅπως ὁ ταύτης κῆρυξ διεφθάρη. Ἐπανάστασις τοῦ Ψευδοδιογένους.

N. XXIV. Περὶ τοῦ Ὀρφανοτροφείου. Μελέτη κατὰ τοῦ βασιλέως, οὗ ὁ κορυφαῖος ὁ Ἀνεμᾶς. Δρέ-πανον, τὸ χρίσμα δι' οὗ ἡ τρίχωσις ἀφαιρεῖται. Ἀνα-χωρηθεῖσα τῶν βασιλείων ἡ μήτηρ τοῦ βασιλέως, καὶ ἀπελθοῦσα εἰς τὴν Παντεπόπτην, ἐκεῖ ἐτελεύτη-σεν. Τελευτὴ τοῦ σεβαστοκράτορος. Ὅπως διέκειτο πρώην πρὸς τὴν κοινωνὸν τοῦ βίου ὁ βασιλεὺς, καὶ ὅπως μετέπιπτε. Ὅτι ἡ τῆς βασιλείας ἐξουσία τῇ βασιλίδι ἀνατεθῆναι μεμελέτητο, ὁ δὲ υἱὸς ταύτης καὶ βασιλεὺς ἀντέπραττε τούτῳ, ὡς ἐνὸν, καὶ ὡς ἀπείρητο πᾶσιν αὐτῷ προσιέναι.

N. XXV. Περὶ πατριαρχῶν. Περὶ τῆς νόσου τοῦ βασιλέως, καὶ ὅπως ἀνερρώσθη. Περὶ τῆς φήμης γενομένης κατὰ τὸ μέγα Σάββατον.

N. XXVI. Περὶ τῆς εἰς Χερρόννησον ἐκθημί-ας τοῦ βασιλέως. Περὶ ἐμπρησμοῦ καὶ ἀνέμων.

N. XXVII. Ἐκστρατεία Τούρκων.

N. XXIX. Οἷος ἦν τοὺς τρόπους καὶ τὸ ἦθος ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος.

DE HEBDOMO CP.

DISQUISITIO TOPOGRAPHICA.

—

SUMMA SECTIONUM.

I. Scopus auctoris in statu Controversiæ.

II. Hebdomum septimus ab urbe lapis propriè appellatur.

III. Campus inter septimum istum lapidem et urbem Constantinopolit. eadem pariter Hebdomi nomenclatura donatus: in quo exstitere ædificia omnia, quorum habetur mentio apud scriptores Byzantinos.

IV. Id firmatur horum allatis locis. Patriarchæ Constantinopolit. in litaniis publicis curru vecti, etiam intra urbem.

V. Processus sacri in Hebdomo, in campo Hebdomo appellato facti intelliguntur.

VI. Hinc Hebdomum in conspectu urbis esse dicitur.

VII Campus Hebdomi urbi Constantinopol. campi Martii vicem obtinuit.

VIII. Varia et multa in campo Hebdomi exstitere

ædificia, atque in iis Tribunal et Palatium Hebdomi. In Tribunali levari soliti imperatores Constantinopolitani, qui, quod urbis mœnibus illud adjaceret, in urbe levati interdum dicuntur.

IX. In Tribunali et in Campo inaugurati passim Augusti.

X. Campus, Tribunal et Palatium urbi adjunctum, promiscue Hebdomi nomine a scriptoribus donatur. Hebdomi seu Campi Hebdomiani pars intra urbem subinde inclusa.

XI. Promontorium Hebdomi proximum fuisse urbis mœnibus ostenditur.

XII. Hebdomum non ad Propontidem, sed versus Ceratini sinus caput exstitit.

XIII. Id astruitur scriptorum allatis auctoritatibus.

XIV. De Palatii, quod nuda interdum Hebdomum appellari diximus, situ, et an idem fuerit cum Consistorio Gratiani et Justiniani.

XV. Hebdomum nuncupatum istud Palatium probatur ex scriptoribus.

XVI. Huic Tribunal vestibuli, seu προαυλίου, vicem præbuit.

A *XVII. An προάστεια seu suburbana oppidis proxima fuerint.*

XVIII. Suburbana etiam interdum intra urbem exstitere.

XIX. In Hebdomo, seu in Campo ita appellato, varia exstitere ædificia, tum ædes sacræ, quæ recensentur.

XX. Ædes S. Joannis Baptistæ, quam Hebdomum nude interdum vocant scriptores, an intra urbem exstiterit.

XXI. De aliis intra urbem eidem sancto Præcursori dicatis ecclesiis.

XXII. An dissertator Hebdomianus vere primus situm Hebdomi explicuerit.

XXIII. In litterariis controversiis sine nostro invicem dolore licet ludere, id est, urbanitate ac moderatione servata.

XXIV. Auctor nihil novi docetur ex dissertatoris Dissertatione.

XXV. Conclusio hujusce Disceptationis de hac Controversia, quam impeditam existimabat Henr. Valesius.

I. Hactenus quidem, ni fallor, præstitimus quod B in hujusce operis Præfatione sumus polliciti, nihil nos nisi nova, ac in hocce genere argumenti nobis indicta, de iis quæ ad urbis Constantinopolitanæ vel ædificia vel regiones pertinent, in Notis ad Zonaræ Annales observaturos. Verum ut faciam satis viro pererudito Hadriano Valesio, cui Petri Gyllii longe doctissimi, et nostram de Hebdomi situ sententiam minime probari advertimus, huic rursum asserendæ, pauca ex iis quæ in *Constantinopoli Christiana* copiose satis a nobis descripta sunt, hic rursum delibari haud ingratum lectori fortasse fuerit, cui de hac dijudicanda controversia liberum erit arbitrium. In ea vero pertractanda, ut sancti Augustini verbis mihi præfari liceat (*in Epist. ad S. Hieron.*) : *Si aliter quam is sensisse reperiar, non contra illum dictum, sed quod mihi videbatur a me scriptum esse putem lectorem debere cognoscere : aut si cognosci non potest, credere debere.*

II. Atque ut hujusce disceptationis ducatur initium, in confesso debere esse agnoscimus Hebdomum ita appellatum, quod septimo ab urbe (veteri scilicet Byzantio ad promontorium Ceratinum) milliari distaret : indeve quod Græci Ἕβδομον, Latini *Septimum* vocant, quosdam *Septimilliare* nuncupare ; quemadmodum in utroque isthmo, Thraciæ Chersonesi et Corinthiaco, a mari ad mare deducto muro Hexamilii a sex milliarium spatio nomen inditum est. Id at multis in ea lucubratione docuimus, allatis auctorum locis fere D omnibus, præter quos ab eodem viro docto alios proferri non advertimus, adeo ut pudeat toties cramben repetere, *atque eadem cantare versibus iisdem.* Sed cum hæc quæstio definiri vix queat absque prolatis et in medium adductis eorumdem scriptorum auctoritatibus, ac iis præsertim, quas aut non observasse, aut de industria omisisse videtur, ut quæ sententiæ quam tuendam susceperat adversarentur, breviter quantum licebit, et selectis duntaxat qui ad hanc dirimendam controversiam conducunt locis, quæ in hanc rem habent expedire operæ pretium videtur.

III. Tametsi igitur Hebdomum ita appellatum constet, quod septimo ad urbe milliari distaret, difficultas tamen de Hebdomi istius, cujus passim mentio apud scriptores occurrit, situ, minime inde solvitur, cum aliud et diversum sit a septimo lapide, licet eidem, ut et urbi Constantinopolitanæ contiguum, cum inter septimum lapidem et urbem intersitus ager, vel Campus, Hebdomi pariter appellationem haberet, quod non modo in hac Disceptatione probandum suscepi, sed et Campum istum Hebdomianum non ad Propontidem, sed ad sinus Ceratini, versus illius caput, littora, exitisse, ut et tribunal et palatium Hebdomi, ecclesiam Sancti Joannis Baptistæ, cæteraque recensita a scriptoribus in Hebdomo ædificia, in hoc fuisse postremo C Hebdomo, seu in Campo Hebdomi, non vero ad septimum ab urbe milliare, quod vult dissertator Hebdomianus. Priusquam vero rem aggrediar, ut res planior deinceps fiat, ponemus in exemplum suburbanum Parisiense, seu regis nostri Christianissimi palatium, quod Versalias appellamus, simili fere ab urbe Galliarum primaria disparatum spatio, quo Hebdomum a Byzantio. Quo posito, primo quidem non septimum duntaxat milliare, id est septimum ab urbe lapidem, Ἑβδόμου appellationem habuisse, sed etiam inter septimum istud milliare et urbem Constantinopolitanam interjectum Campum, in quo ædificia omnia quorum meminerint Byzantini scriptores, nullaque in ipso milliari septimo stetisse ausim omnino contendere : quod mihi præsertim probandum incumbit, ut disputationis totius fundamentum : quod haud ægre fecerim, si ita appellatum ab iisdem scriptoribus ostenderim.

IV. Primus igitur ex iis prodeat Theophylactus Simocatta, qui libro VIII, cap. 13, scribit defixa ad spectaculum a tyranno Phoca, Mauricii et filiorum capita, πρὸς τὸ πεδίον τὸ ἀναχείμενον ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ, ὃν Κάμπον Ῥωμαῖοι κατονομάζουσιν. Ubi observanda vox ἀναχείμενον, quæ campum urbi adjacuisse satis prodit : neque enim Campus in ipso septimo milliario esse potuit, alio-

qui Campus in suburbano seu in villa esse diceretur, quod absurdum esset. Deinde Hebdomum, Campum fuisse appellatum diserte ait Simocatta; proinde idem est Hebdomum cum Campo. Theophanes etiam Campum ad urbem Constantinopolitanam statuit, cum ait ad ann. 30 Theodosii Junioris, Byzantios terræ motu consternatos ac territos, ἔξω τῆς πόλεως, ἐν τῷ λεγομένῳ Κάμπῳ secessisse: cujus terræ motus memoriam quotannis agi 26 Januarii, quo is accidit, in Campo, scribit auctor *Chronici Alexandrini*: Ὅθεν καὶ ἡ μνήμη κατ' ἔτος ἐπιτελεῖται τῆς λιτανίας μέχρι καὶ νῦν ἐν τῷ Κάμπῳ ὑπὲρ τῆς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ μακροθυμίας. In qua quidem supplicatione imperatorem, senatum, populum et clerum pedibus nudis processisse tradit idem scriptor: Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐλιτάνευσε μετὰ τῆς συγκλήτου, καὶ ὄχλου, καὶ τοῦ κλήρου, ἀνυπόδετος ἡμέρας πολλάς. Theodorus Lector ecl. 1, et ex eo idem Theophanes et Symeon Logotheta in Chron. ms. scribunt Marcianum ἐν ταῖς λιταῖς γενομέναις ἐν τῷ Κάμπῳ πεζὸν ἐξερχόμενον, multas pecunias pauperibus erogasse: Anatolium vero patriarcham, cum a Tauro ad Campum, juxta morem episcoporum urbis regiæ, lectica vectus ad supplicationem procederet, et Marcianum pedibus incedentem vidisset, ipsum quoque πεζεύοντα processisse. Quis porro Theodosium Junior. ἀνυπόδετον, cum universa plebe et clero, vel Marcianum pedibus usque ad septimum milliare quotidie processisse putet? Neque hic opponat vir eruditus, quod patriarcha Anatolius curru vectus supplicationem instituerit, inde satis patere longius fuisse iter, quam ut ad proximum urbi campum fuerit processurus. Nam præterquam quod id factum *more episcoporum urbis regiæ* tradant iidem scriptores, etiam in urbe hoc apparatu litanias instituisse patriarchas colligere est ex eodem Theophane an. 11 Justiniani: Καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ τῆς ἀπὸ Ἁγίας Ἀναστασίας, καθημένου Μηνᾶ τοῦ πατριάρχου ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, καὶ τοῦ βασιλέως συλλιτανεύοντος τῷ λαῷ. Et an. 23: Καὶ διῆλθεν ὁ ἐπίσκοπος Μηνᾶς μετὰ τῶν ἁγίων λειψάνων καθήμενος ἐν ὀχήματι χρυσῷ βασιλικῷ διαλίθῳ, κρατῶν τὰς τρεῖς ῥῆκας τῶν ἁγίων Ἀποστόλων εἰς τὰ γόνατα αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἐποίησε τὰ ἐγκαίνια, scilicet ædis SS. Apostolorum. Idem Theophanes an. 25 ejusdem Augusti: Γεγόνασι τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας Εἰρήνης πέραν ἐν Συκαῖς, καὶ ἐξῆλθεν τὰ ἅγια λείψανα ἐκ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας μετὰ τῶν δύο πατριαρχῶν Μηνᾶ τῆς ΚΠ. καὶ Ἀπολιναρίου τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ ἐκάθισαν ἀμφότεροι ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, κατέχοντες ἐν τοῖς γόνασιν αὐτῶν τὰ ἅγια λείψανα, etc. Denique idem Scriptor anno 36 ejusdem imperatoris, ubi de fecundis Encæniis ædis Sophianæ: Ἡ δὲ πανυχὶς τῶν αὐτῶν ἐγκαινίων γέγονεν εἰς τὸν ἅγιον Πλάτωνα, καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν ὁ πατριάρχης ΚΠ. Εὐτύχιος μετὰ τῆς λιτῆς, συμπαρόντος καὶ τοῦ βασιλέως, καθεζόμενος ἐν τῷ ὀχήματι, καὶ φορῶν τὸ ἀποστολικὸν σχῆμα, καὶ κρατῶν τὸ ἅγιον Εὐσγγέλιον.

V. Verum ut disceptationis seriem prosequamur, Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus, in Historia, agens de Avaribus circa urbem dispersis, Heraclio imperante: Καὶ μόλις πρὸς τὸ πεδίον τὸ πρὸ τῆς πόλεως, ὃ Ἑβδομον καλοῦσι, καταλαβόντες ἱδρύσαντο, ἔνθεν δέ τε σκεδαννύντες ἄχρι καὶ εἰς τοῦ Βαρνύσσου ποταμοῦ γίφυραν. Ex hoc unico præterea loco patet omnino voce Hebdomi non septimum ab urbe milliare, sed Campum ad urbem indigitari, quem occupavere Avares urbem obsessuri, usque ad Barnyssi fluvii pontem: qui scilicet fluvius Campo Hebdomo appellato adjacebat. Sed quin idem Campus Hebdomi proxime urbi adjacuerit, scrupulum omnem eximit Euchologium Goari, pag. 810, ubi describitur εὐχὴ λεγομένη ἐν λιτῇ γενομένῃ διὰ φόβου εἰς τὸν Κάμπον, εἰς τὸν ἅγιον Διομήδην ἐξώπορτα, καὶ εἰς τὴν παλαιὰν πέτραν. Supplicatio igitur fiebat a Tauro, seu a foro Tauri, ad ædem S. Diomedis extra portam, et ad veterem Petram, quam Anonymus Combefisianus in Constantini Porphyrogeniti Vita, τὸ παλαιὸν πετρίν vocat. Neque alia est εὐχή, quæ pag. seq. in eodem Euchologio habetur, hocce lemmate: τάξις γινομένη ἐν τῷ Τριβουναλίῳ ἐν ταῖς ἐξ ἔθου; ἀπερχομέναις ἐκεῖσε λιταῖς. Ubi observare licet litanias promiscue dici factas in Campo et tribunali. Sed neque etiam diversa videtur ista supplicatio ab ea, cujus quotannis memoriam celebrari ἐν τῷ Κάμπῳ λιτανεύοντος τοῦ λαοῦ, ob terræ motum qui 15 Augusti anno 27 Justiniani accidit, scribit Theophanes et ex eo Cedrenus et Symeon Logotheta. Sic in *Chronico Alexandrino*, an. 1 Heraclii in terræ motu qui accidit 20 Aprilis, λιτὴν γενέσθαι εἰς τὸν Κάμπον, καὶ ψαλθῆναι τὸ Τρισάγιον decretum legitur. Enimvero nemo erit, opinor, qui quod nude dicitur esse extra portam, ad septimum milliare exstitisse velit asserere, nisi etiam velit Romam dici exstitisse extra urbis Constantinopolitanæ portas. Meminit denique idem Theophanes anno 36 Justiniani supplicationis ad S. Diomedis ædem, scribens Eutychium patriarcham, cum mense Augusto, solo vigente Borea ac flante, naves ad urbem non possent accedere, λιτὰς ἐκβαλεῖν εἰς Ἱερουσαλήμ, τοῦτ' ἔστι εἰς τὸν ἅγιον Διομήδην. Ex quibus docemur hanc S. Diomedis ædem, quæ extra portam urbis erat, Jerusalem appellatam, aliamque fuisse ab æde S. Diomedis, quæ antea S. Eliæ nuncupabatur, ut testatur Symeon Logotheta in Michaele et Theodora, et intra urbem erat, ad portam urbis Auream. Monasterii porro Jerusalem appellati abbates conciliis Constantinopoli interfuisse alibi observamus: nam cum prius catholica esset ecclesia, seu plebalis, monachis est attributa. Consimiles alias in Campum Hebdomi institutas litanias ob terræ motus, vel ob alias quasvis calamitates, habent scriptores, ac præsertim illam de qua Cedrenus agit in Justino seniore, quem percepto terræ motu eversæ Antiochiæ nuntio lugubres vestes induisse scribit, et

Byzantios per septem dies εἰς πρὸ τῆς πόλεως πεδίον ἑπτὰ σημείοις ἀπίχον litanias instituisse. Qua quidem loquendi formula usus est Cedrenus recepta apud Græcos et Latinos scriptores qui linguæ venustati studebant : quod satis vel inde percipere est, quod statim addat campum exstitisse πρὸ τῆς πόλεως. Neque enim campus in prospectu urbis esse potuit, si ab ea septem milliaribus dissitus fuit, nec indici aut fieri potuere supplicationes, neque plebs continuis septem diebus orationis gratia ad septimum ab urbe milliare procedere (quod velim serio attendat vir doctus), quotidie ad urbem vel ad urbis proxima reversura. Urbs Parisiorum terræ motu concussa fuerit, cives ne ædium ruina obruantur, Versalias sese conferent : et si publicæ indicantur supplicationes, ad tres aut quatnor leucas quotidie secedent reversuri? an aliquis sanæ mentis id sibi persuadeat? In urbis certe vicinis locis tentoria explicuisse non abnuerim in ejusmodi terræ motuum terroribus; civesque extra urbem, non vero ad septimum usque milliare, prorupisse, donec ii desinerent : ut in terræ motu, qui accidit 9 Februarii, indict. 15, anno 10 Constantini et Irenes, quo, ut ait Symeon Logotheta in Chron. ms. et Theophanes, σεισμὸς γίγονε φοβερώτατος, ὥστε καὶ μὴ τελμῶντός τινος ἐν οἴκῳ καθευδῆσαι, ἀλλὰ πάντας εἰς τοὺς κήπους, καὶ τὰ ἐξάρα σκηνὰς ποιήσαντας διάγειν· ἡ δὲ βασίλισσα ἄρα τῷ υἱῷ αὐτῆς ἐξῆλθεν ἐν τῷ Ἀγίῳ Μάμαντι, ad palatium scilicet, quod ad urbis muros versus sinum Ceratinum erat, secessit imperatrix : quo etiam sese recepisse Leonem M. in simili terræ motu scribit *Chronicon Alexandrinum*.

VI. Deinde, ut diximus, qui fieri potest ut Campus πρὸ τῆς πόλεως fuerit, si ab ea septem millibus dissitus fuit? hac certe loquendi formula quæ mœnibus proxima sunt et in illius prospectu vulgo intelligere scriptores palam est. Atque ut id uno aut altero firmem loco, scribit auctor *Chronici Alexandrini* Constantinum M. instaurata Drepano, Bithyniæ urbe, eaque Helenopoli de matris nomine appellata, hanc vectigalium immunitate donasse ἕως φανερᾶς περιοχῆς πρὸ τῆς πόλεως, *quousque patet ante urbem prospectus*, in honorem S. Luciani martyris. Unde patet quidquid in prospectu est civitatis, dici esse πρὸ τῆς πόλεως. Latino Barbari in *banleuca* dicerent. Sed et de quadam ad sinus Ceratini caput insula verba faciens Michael Psellus in Hist. ms. in Isaacio Comneno, ita hæc verba usurpat : Καὶ βασίλειος τοῦτον καταγωγὴ αὐτοῦ που πρὸ τῆς πόλεως ὑποδέχεται περίκυκλος τῇ θαλάσσῃ καθ' ἑκατέρου μέρους, ἀνδρὶ αὐτάρκης θηρατικῷ, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῷ βασιλεῖ τούτῳ. Scylitzes in eodem Isaacio : Ὅθεν δὴ τῆς τῶν Ἀρχαγγέλων ἑφισταμένης ἑορτῆς ἔξεισιν εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως, φιλοτίμως τὰ τῆς ἑορτῆς ἐκτελέσαι σπουδάζων, in ædem scilicet XI Ordinum, quæ muris terrestribus adjacebat, uti observavimus in nostra *Constantinopoli*. Tradit Zonaras in Romano Lacapeno, Symeone Bulgarorum rege ad urbem cum valido exercitu tendente, eam oppugnaturo, Romanum imperatorem, ne quæ ante urbem erant amœnitates ab hoste vastarentur, copias suas extra mœnia eduxisse : Ὁ Συμεὼν δὲ κατὰ τῆς πόλεως ἐκπέμπει στρατόν· ἵνα δὲ μὴ, ἐλθόντες τὰς τῆς πρὸ τῆς πόλεως διαφθείρωσιν ἀγλαΐας, ἐπεμψε καὶ ὁ Ῥωμανὸς τοὺς ἀντιταξομένους αὐτῷ. Neque aliter Continuator ejusdem Theophanis, lib. III, n. 4, dum scribit Theophilum imp. palatii muros excedisse, ut liber esset in urbis proxima prospectus, atque adeo in ipsam Propontidem : Ὅθεν ἐπί τινα τῶν ὀφθαλμῶν ἑστίασιν τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἔχοντα, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰς ἑαυτὰ καλοῦσι τοὺς βασιλεῖς, τὰ πρὸς τὴν θάλασσαν τοῦ παλατίου τείχη τῶν ἀρχαίων θεμελίων οὗτος παρεκβαλών, καὶ πρὸς τὰ ἡλιακὰ — παραδείσους ἐργασάμενος, ἐκεῖθεν τὸ λοιπὸν ἂν ἐπλήρου, καὶ ἑαυτὸν ἔτερπε τούτοις, καὶ ἐψυχαγώγει, ὡς τὸ εἰκός. Diruerat Lacapenus Palatii muros, ut eorum quæ πρὸ τῆς πόλεως erant conspectu visum oblectaret : ita exserte hic scriptor. Sed et ita hanc vocem usurpat Constantinus Porphyrogenitus in avi Vita, n. 22 editionis Combefisii, ut alios omittam.

VII. Non alius igitur fuit Campus iste ab eo qui urbis mœnibus terrestribus seu Theodosianis obversabatur, qui Hebdomi nomen retinuit, quod inter urbem et septimum milliare protenderetur, quemadmodum planities inter Lutetiam et Sandionysianum oppidum, non Lutetiana, sed Sandionysiana appellatur. Is vero Campi Martii vice urbis Constantinopolitanæ fuit : nam majores omnes civitates ejusmodi ad mœnia compos habuisse alibi (in *Gloss. med. lat.*) docuimus, in quibus militares civium fierent exercitationes : quos ideo χάμπους στρατιωτικοὺς vocat Theodorus Hermopolites inditus (*Lib.* I *fol.* 12, *Cod. Reg.*) : Ἡ γίγονε χάμπος στρατιωτικὸς, καὶ ἐγυμνάζοντο ἐν αὐτῷ οἱ στρατιῶται. Hos Μαρτίους unice appellat Mauricius, lib. III *Strateg.* cap. 2. Ὃν πρῶτον ἐν τῷ Μαρτίῳ ποτὲ οἱ καβαλλάριοι ἔπαιζον ἐν τοῖς παραχειμαδίοις. De iis etiam ita Vegetius, lib. I, cap. 10 : *Romani veteres, quos toti belli et continuata pericula ad omnem rei militaris eruditionem artem, Campum Martium vicinum Tiberi delegerunt, in quo juventus post exercitium armorum sudorem pulveremque diluerel.* Hinc ejusmodi Campi, ubi et censebantur milites, ut est apud Leonem Grammaticum et Anonymum Combefisianum, in Lacapeno, n. 6, ubi de Campo ad urbem Constantinopolitanam, γυμνάσια πολεμικὰ dicuntur Theodorito, lib. IV *Hist. Eccl.* cap. 25 et 26, si novi interpretis versio spectetur : Ἡδέα τὰ πολέμου δεχόμενα μελέτας, Libanio, in Presbeutico ad Julianum imp. quo respexit Cicero, *cum ludo campestri et exercitatione uti* dixit. De militari vero Byzantiorum in Campo exercitatione, quædam habet Theophanes, an. 7 Phocæ, ut et Palladius in Vita Chrysostomi, ubi scribit Arcadium urbe egressum τοῦ γυμνασθῆναι ἐν τῷ

παρακειμένῳ πεδίῳ. Qui quidem Campus non alius est ab Hebdomiano : quod præterea inde colligere licet quod Ruffinus, præfectus prætorio, in *Chronico Alexandrino* interemptus dicatur in Hebdomo ; apud Philostorgium vero lib. xi, cap. 3, ἐν τῷ λεγομένῳ τριβουναλίῳ, apud Zosimum, lib. v, et Socratem, lib. vi, cap. 1, πρὸ τῶν πυλῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως apud Marcellinum Comitem *ante urbis portas* : apud Claudianum denique lib. ii, in eumdem Ruffinum, in Campo urbi proximo, quem ita describit :

Urbis ab Augusto tractu, qua vergit in austrum,
Planities vicina patet, nam cætera pontus
Circuit, exiguo dirimi se tramite passus.

Mox in ea planitie exstitisse tribunal, sic innuit, dum Ruffinus Arcadium compellat :

. . . . . graviterque apprensa veste morantem
Increpat Augustum, scandat sublime tribunal,
Participem sceptri, sociumque declaret honoris.

Quis non videt hisce laudatis locis, non modo Hebdomum, Tribunal, et Campum pro uno eodemque loco sumi, sed etiam Campum ipsum urbi proximum fuisse, non vero ad 7 milliare ? cujus tandem situ cognito, superest ut quæ in eo exstiterint ædificia percurramus.

VIII. Ex his præcipua fuere *Tribunal et Palatium* Constantinianeum vel Justinianeum, utrumque Hebdomi nomenclatura pariter donatum a scriptoribus : quod hic nobis in primis probandum. Atque ut a Tribunali ordiamur, in quo levari et inaugurari solebant imperatores, illud cum in Campo, tum in Hebdomo, atque adeo in ipsa urbe exstitisse tradunt passim scriptores, ita ut interdum *Campus Hebdomi*, ab eo *Campus Tribunalis* : interdum *Tribunal Hebdomi*, interdum denique ac nude *Hebdomum* ab iis appelletur. Nam ecce, si liceat alias a nobis adnotata hic rursum recudere, in *Chronico Alexandrino*, Valens a fratre Valentiniano εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐν τῷ Ἑβδόμῳ levatus imperator dicitur : ab Idatio, *Constantinopoli in milliario* 7 *in Tribunali*. Nec abludit Themistius, cujus verba præstat hic adducere, quod suburbanum istud, Hebdomum scilicet, in urbe exstitisse exserte testetur. Ita ille in Philadelphis : Ὅσον γὰρ πλείονος ἄξιον τὸ κτήσασθαι τὰ ἀγαθὰ τοῦ τὸν κεκτημένον μείζω ποιῆσαι, τοσοῦτον καὶ σοὶ δικαιοτέρα πρὸς τὴν πόλιν ἐστὶν ἡ τῆς εὐνοίας ὑπόθεσις. Ἢ πῶς οὐκ ἄτοπον τὴν μὲν ἐσχατιὰν, ἐφ' ἣς τὴν ἀλουργίδα ἀνῆψαι, περιφανεστέραν ποιῆσαι χρηπῖδι, καὶ βήμασι καὶ ἀνδριᾶσι, τῇ πόλει δὲ ἣν οὐκ ὀκνεῖς ὀνομάζειν μητέρα τῆς ἀναῤῥήσεως, μὴ οἴεσθαι ἐποφλίσκειν τὰ χαριστήρια ; Ex quibus verbis omnino conficitur, ut recte conjectat Petavius, ἐσχατιὰν illam, esse suburbanum, quod Hebdomum appellabant, in extrema urbis parte situm, ubi in tribunali, cujus hoc loco meminit, inaugurari solebant imperatores : neque enim urbis ἐσχατιὰ appellari debuit septimus ab ea lapis, cum illius extremum esse non potuerit, quod velim attendat vir doctus. Proinde *matrem suæ inaugurationis* urbem Constantinopolitanam jure appellaverit Valens, quod revera in ea facta esset ; quod minime dixisset, si in septimo ab urbe milliario fuisset peracta. Et sane Ammianus, lib. xxvi, Valentem a fratre Valentiniano imperatorem dictum Constantinopoli in Suburbano prorsus etiam innuit, cujus verba hic apponam, quod Themistiana illustrent : *Indeque cum venisset Constantinopolim*, (loquitur de Valentiniano) *multa secum ipse devolvens, et magnitudine urgentium negotiorum jam se superari considerans, nihil morandum ratus, quintum Kal. Aprilis productum eumdem Valentem in Suburbanum, universorum sententiis concinentibus*, (*nec enim audebat quisquam refragari*) *Augustum pronuntiavit : decoreque imperatorii cultus ornatum, et tempora diademate redimitum, in eodem vehiculo reduxit*. Ubi per *Suburbanum*, Hebdomum intelligi constat, quod ad urbem exstitit, ex quo in Palatium Valens una cum fratre vehiculo reversus est. Ita porro apud Marcellinum comitem, Arcadius *levatus* Augustus dicitur *Constantinopoli, in milliario septimo*. Ubi idem *Chronicon Alexandrinum*, Ἀρκάδιος Αὔγουστος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ τριβουναλίῳ τοῦ Ἑβδόμου ἀνηγορεύθη. Apud eumdem Marcellinum comitem, *Honorium pater suus Theodosius in eodem loco qua fratrem ejus Arcadium, Cæsarem fecit, id est foris septimo ab urbe milliario*. Idem *Chronicon Alexandrinum* Theodosium Juniorem levatum etiam Augustum scribit ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς τὸ Ἕβδομον ἐν τῷ τριβουναλίῳ, Marcianum vero ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, omissa voce Tribunalis. Zenon *in septimo* levatus scribitur apud Victorem Tunnensem : Basiliscus ἐν Κάμπῳ, apud Theodorum lectorem, Theophanem, Symeonem Logothetam, Zonaram, et alios : Mauricius a Tiberio ἐν Τριβουναλίῳ, apud eumdem Theophanem et Zonaram : ἐν προαστείῳ τοῦ Ἑβδόμου, in *Chronico Alexandrino* : Phocas in æde S. Joannis Baptistæ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, apud Simocattam et Theophanem : *in septimo quod dicitur Secundianas*, apud Gregorium M. Ut porro tyrannus in urbem venerit, sic narrat Theophanes : Οἱ δὲ Πράσινοι, ἐξελθόντες εἰς τὸ Ῥήγιον, μεγάλαις εὐφημίαις ἐτίμων τὸν τύραννον Φωκᾶν, καὶ παίθουσιν αὐτῷ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ παραγενέσθαι. Πέμπει τοίνυν Φωκᾶς Θεόδωρον τὸν ἀσηκρῆτις, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ἐπανέγνωσεν τῷ λαῷ ὅπως ὁ πατριάρχης καὶ οἱ ὅδημοι, καὶ ἡ σύγκλητος ἀφίκωνται ἐν τῷ Ἑβδόμῳ. Τούτου τοίνυν γεγονότος, καὶ πάντων ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ἀφικομένων, Κυριακὸς ὁ πατριάρχης ἀπῄτησε τὸν τύραννον ὁμολογίαν περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· ἡ δὲ ἀναγόρευσις τοῦ τυράννου εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ γέγονεν. Nimirum Prasini Phocam ad Hebdomum accedere suadent, ubi scilicet inaugurari et levari solebant imperatores : quo cum accessisset, in æde S. Joannis Baptistæ, palatio Hebdomiano vicina, a patri-

archa Cyriaco solenni ritu coronatus est, cum alias imperatores in æde duntaxat Sophiana corona donari solerent. Is vero triduo postquam in urbem venit, Eudociam uxorem Augustam coronavit, in æde scilicet Sophiana, cum ille antea in Hebdomo, seu in æde S. Joannis Baptistæ, a patriarcha coronatus fuisset. Ita porro Constantinus Copronymus a patre Leone Isauro ἐν τῷ τριβουναλίῳ, et Leo Armenius ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως τριβουναλίῳ, levati leguntur apud eumdem Theophanem, Symeonem Logothetam, et Georgium Hamartolum in Chronicis mss., ἐν τῷ κάμπῳ τοῦ τριβουναλίου, in Chronico ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem. Illisce addere placet quod tradunt Simocatta, idem Theophanes, et Georgius Hamartolus, Mauricii imp. et filiorum in Eutropii ad Calchedonem portu cæsorum capita, per aliquot dies plebi exposuisse Phocam in Campo Tribunalis. Quod si factum id esset septimo ab urbe milliari, eo certe concedere oportuisset plebem Constantinopolitanam, quod nemo opinor sibi persuadeat.

IX. Ex his igitur patet omnino Hebdomum, Tribunal, et Campum, promiscue usurpari apud laudatos scriptores pro uno eodemque loco, ubi acclamari et inaugurari solebant imperatores, more ab antiquo recepto, cum in Campis Martiis, seu qui ad majores civitates erant, id ferme semper peragi solitum doceant scriptores, ac in primis Flavius Vopiscus, quo loco scribit, Tacito a senatu in imperatorem electo, *inde itum ad Campum Martium, ibi Comitiale Tribunal ascendisse* eumdem Tacitum, et præfectum urbi Ælium Cæsonium nuntiasse militibus et civibus *in principem de sententia omnium exercituum* Tacitum a senatu electum. Tradit præterea idem scriptor Probo militari quodam consensu in imperatorem acclamato, *factum concursum, et cespititium Tribunal, appellatumque imperatorem, atque ornatum pallio purpureo, quod de statua templi ablatum est, atque inde ad Palatium reductum.* Et Lactantius, in libro *De mortibus persecutorum* n. 32, de Maximino: *Victus contumacia, tollit Cæsareum nomen, et se Liciniumque Augustos appellat, Maxentium et Constantium filios Augustorum* (id est Cæsares) *Maximinus postmodum scribit quasi nuntians, in Campo Martio proxime celebrato Augustum se ab exercitu nuncupatum.* Mitto quæ de Juliani in Campo et in Tribunali in Gallia Ammianus Marcellinus, et de Gratiani *apud Ambianos in Tribunali*, et Valentiniani Junioris *ab exercitu in Tribunali in civitate Acinco*, inauguratione, Idatius, scribunt; ubi duntaxat observare liceat, Tribunal dici fuisse in civitate, tametsi rem actam in Campo, proximum vero sit, secundum receptum morem. Sed et Campum et Tribunal etiam Romæ idem fuisse firmat Theophanes, ubi de Constantio solemni pompa urbem ingresso: Ἐξελθὼν δὲ ἐν τῷ τριβουναλίῳ Κάμπῳ, καὶ στὰς ἐφ' ὕψους, συμπαρόντος αὐτῷ τοῦ στρατοπέδου, ἐδημηγόρει, id est in Campo Martio qui urbi proximus fuit: ubi locutus videtur Theophanes more, ut ita dicam, Constantinopolitano; quo loco *Chronicon Alexandrinum* habet, ἐν τῷ Κάμπῳ τριβουνάλιον ἐφ' ὑψηλοῦ ποιήσας, etc., cujus quidem Tribunalis Constantii meminit Themistius orat. 3. Non mirum igitur si qui purpuram arripiebant, priusquam in urbem venirent, ad Campum, et ad Tribunal quod in Campo urbi proximo erat, secedebant, ut ab omnibus, ac militibus præsertim, quorum ea tempestate id juris esse videbatur, imperatores more recepto acclamarentur. Quin etiam observatum pridem a viris doctis, Ægyptios reges post celebrata ἀναλημπτήρια, Memphi in Palatio solitos inaugurari, non vero Alexandriæ, quæ Ægypti caput erat, ut regum Persarum inaugurationem, quam τελετὴν appellabant, factam Parasgadis: quomodo etiam reges nostri Durocottori Remorum inaugurari et coronari solent, non vero Parisiis, urbe regni primaria.

X. Aliud proinde fuit Hebdomum, seu septimus ab urbe lapis, aliud Campus ad urbem, Hebdomi appellatione donatus, aliud Tribunal, eique adjunctum Palatium Constantinianeum, utrumque etiam eadem nomenclatura notissimum apud scriptores Byzantinos, quod satis superque probasse arbitramur. Quæ quidem non observata distinctio, viro erudito, aliisque forte fuerit fucum fecit, adeo ut vix ac ne vix quidem sibi persuadere potuerint, Hebdomum non modo ad urbem pertinuisse, sed et partem illius intra ipsius muros includi, vel saltem ad ipsa suburbia potuisse protendi, ac Hebdomi servari appellationem. Quod sane accidit, quemadmodum, ut attigimus, Campum ad Lutetiæ mœnia versus Septentrionem, Sandionysianum vulgo appellamus, ab oppido et monasterio S. Dionysii, quatuor milliaribus ab urbe dissito. Vere enim dici potest partem istius agri, prolatis subinde civitatis pomœriis, esse intra ipsam Parisiorum urbem, ut pars Hebdomiani agri, qui usque ad vetus Byzantium protendebatur, prolatis pariter a Constantino pomœriis, intra novam urbem inclusa est: quod quidem planum fiet, prolatis scriptorum auctoritatibus, ne gratis id proferri dicatur.

XI. Theophanes anno 5 Constantini Pogonati, quem laudavimus in nostra *Constantinopoli*, scribit Saracenos in Thracicas partes appulisse, urbemque obsedisse ab occidentali promontorio Hebdomi, seu Magnaura, usque ad orientale promontorium, quod Cyclobium vocant. Illius verba sunt expendenda, quod controversiam omnem dirimant: Τούτῳ τῷ ἔτει ὁ προλεχθεὶς τῶν θεομάχων στόλος ἀναβὰς προσώρμησεν ἐν τοῖς Θρᾳκῴοις μέρεσιν ἀπὸ τῆς πρὸς δύσιν ἀκρότητος τοῦ Ἑβδόμου, ἤτοι τῆς λεγομένης Μαγναύρας, μέχρι πάλιν τοῦ πρὸς ἀνατολὴν ἀκρωτηρίου τοῦ λεγομένου Κυκλοβίου. Κατὰ πᾶσαν τὴν ἡμέραν συμβολὴ πολέμου ἐκροτεῖτο ἀπὸ πρωΐ ἕως ἑσπέρας, ἀπὸ βραχιολίου τῆς Χρυσῆς πόρτης μέχρι τοῦ Κυκλοβίου ἑαυτοὺς ὠθοῦντες, καὶ ὠθούμενοι. Quæ

quidem ita reddidit auctor Miscellæ : *Anno 5 imperii Constantini, prædictus Deum impugnantium stolus ascendens applicavit in Thracensibus partibus, a summitate videlicet septimi, quæ vergit ad Occidentem, id est a domo quæ Magnaura dicitur, et rursus usque ad arcem, quam Cyclobium dicunt, quæque spectat ad Orientem. Per totum itaque diem congressio belli tenebatur, id est a mane usque ad vesperam, a brachialio Aureæ portæ usque Cyclobium, invicem utraque parte in uno pulvere impellente.* Cedrenus idipsum enarrans : Τῶν θεομάχων στόλος ἐλθὼν προσώρμησεν ἐν τοῖς Θρῃκῴοις μέρεσιν, ἀπὸ τοῦ Ἑβδόμου μέχρι Κυκλοβίου. Ubi Ἑβδομον nude vocat, quod Theophanes promontorium Hebdomi. Zonaras iisdem fere verbis quibus Theophanes rem recenset : Εἶτα στόλῳ βαρεῖ κατ' αὐτῆς ἀπῆλθον τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, καὶ ναύσταθμον τοῦ ἑτέρου στόλου ἐποιήνετο ἀπὸ τοῦ πρὸς δύσιν ἀκρωτηρίου, τοῦ κατὰ Ἑβδομον, μέχρι τοῦ Κυκλοβίου. Ubi scriptor Narrationis historicæ in festum τῆς Ἀναθίστου, de ipsis Agarenis urbem obsidentibus sub eodem Pogonato verba faciens : Προσώρμησαν τῇ παραθαλασσίᾳ τοῦ Ἑβδόμου. Et Georgius Hamartolus in Chronico ms. : Καὶ προσορμήσαντες κατὰ τὴν παρὰλιον τοῦ Ἑβδόμου, etc., scilicet versus ἀκρωτήριον τοῦ Ἑβδόμου, a quo usque ad Cyclobium, non terrestri, sed maritima obsidione, ut exserte scribit Theophanes, urbem circumsedederunt. Denique tradit idem Theophanes in Leone Isauro an. 1, eosdem Saracenos urbem obsedisse ἀπὸ τῆς Μαγναύρας ἕως Κυκλοβίου, maritima scilicet pariter obsidione. Ex quibus hic allatis locis, quos paulo accuratius cum urbis topographica descriptione ac ichnographia, quam in nostra *Constantinopoli Christiana* delineari curavimus, expendat velim novus ac primus assertor Hebdomianus, nemo nisi nimium pervicax inficiari poterit Hebdomum ad urbem pertigisse, ejusque partem intra urbem potuisse includi, cum Cyclobium ad muros urbis terrestres versus orientem et Propontidem, Magnaura vero ad eosdem muros, imo intra ipsam urbem versus occidentem et promontorium Hebdom. exstiterint, quod multis in nostra lucubratione doculmus. Si enim promontorium Hebdomi ad septimum milliare exstitit versus Orientem et Propontidem, quod is videtur velle, qui fieri potest ut proximum fuerit Magnauræ palatio, quod in urbe et ad urbis muros versus occasum exstitit? Quis denique in mentem sibi induxerit, vel scribere voluerit, Saracenos urbem obsedisse a septimo milliari versus Rhegium, (quod 12 ab urbe lapide ad Propontidem in Charta Peutingeriana statuitur) ad Cyclobium, seu castellum rotundum, quod eidem Propontidi adjacuit, hodie etiamnum Heptapyrgio inclusum? Veluti si quis diceret Lutetiam hostes circumsedere a Versaliis ad Lupareum usque Palatium, is certe deridiculo haberetur. Videat quid reponat, et nodum hunc solvat vir erudilus, si tamen potest, vel certe aliquid probabilius afferat, ut cum Seneca loquar, tum non gravate ab opinione mea in sententiam illius discessionem fecero.

XII. Sed ut nec promontorium Hebdomi, ita neque Hebdomum ipsum ad Propontidem fuit, sed ad sinus Ceratini caput, ubi Cydaris et Barbysses fluvioli confluunt, haud procul ab urbe, quod supra allati loci omnino declarant. Ex quibus evidenter patet, non modo Hebdomum ad occidentem versus Magnauram recte statui, quod quidem Palatium proximum fuit sinui Ceratino; sed et per eumdem sinum Saracenos in Hebdomum, seu in Campum urbi proximum, pervenisse, a quo ad Cyclobium usque urbem mari obsedere. Proinde cum παράλιον τοῦ Ἑβδόμου, Georgius Hamartolus, et αἰγιαλοὺς τοῦ Ἑβδόμου dixit scriptor vitæ S. Basilii Junioris, n. 7, ejusdem superioris sinus littora intelligi debent, ubi portus qui in Hebdomo exstitisse narratur, quem πρὸς Βλαχέρνας κάλπον vocat Scylitzes, statui debet, non ad Propontidem. Qui quidem portus is videtur, quem λιμένα τοῦ Ἑβδόμου vocat, et purgatum fuisse anno 25 Justiniani scribit idem Theophanes : ad quem scilicet Tiberii Constantini imperatoris, qui ἐν προκήσσῳ τοῦ Ἑβδόμου obierat, cadaver πλοῖ, seu navigio, ut est in *Chronico Alexandrino*, delatum est. Sed et de similibus allis in Hebdomo, et ad sinum Ceratinum νεωρίοις egimus in nostra *Constantinopoli*. Non mirum igitur si Hebdomum παραθαλάσσιος τόπος dicatur Procopio et Nicephoro Constantinopol. in Hist. quod scilicet sinus Ceratini littoribus adjacuerit.

XIII. Scribit Theophanes Nicephorum Phocam imperatorem acclamatum, Chrysopoli, quo cum classe appulerat, imperatorio dromone assumpto, εἰς τὸ Ἑβδομον a Prasinis deductum, ubi scilicet, secundum receptum morem, imperator in Tribunali acclamaretur. Chrysopoli nempe, quæ Ceratino promontorio obversabatur, non in urbem transiit, sed emenso ipso sinu Ceratino, ad Hebdomum pervenit : quod clarius narrat Scylitzes, tradens Nicephorum cum tota classe Chrysopolim trajecisse, indeque ad Hebdomum, atque hinc πάντα τὸν δῆμον τῆς πόλεως μετ' εὐφημιῶν καὶ χρότων, δημοσίας γινομένης προόδου, in urbem introduxisse, διὰ τῆς Χρυσῆς πόρτας, per quam scilicet solennes ingressus fieri solitos alibi observavimus, quod et exserte docet Constantinus in Vita Basilii imp. n. 40 edit. Combefisii. Et Zonaras : Τὸν Νικηφόρον ἐκεῖθεν (Chrysopoli) εἰς τὸ Ἑβδομον ἄγουσι, κἀκεῖθεν σὺν προόδῳ δημοτελεῖ εἰς τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν. Ubi nemo, opinor, ex iis quibus notus est Constantinopoleos situs, sibi in animum induxerit, Nicephorum ad locum tendentem, ubi inaugurandus erat imperator, siquidem ad Propontidem exstiterit, cum tota classe Chrysopolim appulisse, eo rursum reversurum : ut urbanam omnem multitudinem ad septimum usque lapidem egressam, indeque solemni processu

Nicephorum Phocam ad urbem deduxisse. Neque aliter intelligendus Anastasius Bibliothecarius, quo loco narrat Constantinum papam cum ad Cæsaris insulam appulisset, deductum fuisse in Hebdomum, indeque in urbem : *a quo loco navigantes venerunt a septimo milliario Constantinopolim.* Ubi Septimi milliaris vocabulo Magnauræ palatium intelligitur, in quo excipi primo solebant exteri magnates, vel etiam legati, quod præ cæteris testatur supra laudatus Constantinus in avi Vita, n. 74, et in nostra de urbe lucubratione docemus. Eadem plane ratione intelligendi etiam Anonymus Combefisianus, Scylitzes, et alii in Romano Lacapeno, dum scribunt Petri Bulgarorum regis cum ejusdem imperatoris filia Maria in urbe celebratis nuptiis, eamdem Mariam una cum conjuge in Bulgariam profecturam, ad Hebdomum usque a parentibus deductam, hicque navim conscendisse. Appulerat vero Petrus Constantinopolim versus Blachernas, ut exserte tradit Georgius monachus, ad Portum scilicet proximum Hebdomianum : ubi et reversurus in patriam navim conscendit. Sed et idem scriptor subdit, Maria a parentibus ad Hebdomum deducta, ipsos cum Petro in eodem Hebdomo epulatos, scilicet in Hebdomiano Palatio. Enimvero quod Leo Grammaticus, Symeon Logotheta, et idem Scylitzes, Symeonem Bulgarorum regem urbem primum circumsedisse commemorant, ducto a Blachernis vallo ad portam Auream, ac deinde urbis potiundæ spe abjecta, ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ recessisse, de pacis conditionibus acturum, hæc capienda sunt non de septimo milliari, sed de campo Hebdomi, in quo castra fixerit : cum tota hæc interpositia planities ita nuncuparetur, ut passim hic observamus. Unde cum auctor *Chronici Alexandrini*, ubi de Victoriatorum seditione sub Justiniano agit, milites venisse scribit ἀπὸ τοῦ Ἑβδόμου, καὶ τοῦ Ῥηγίου, καὶ τοῦ Ἀθύρα, καὶ ἀπὸ Καλαβρίας, id ita intelligendum, ut ex vicinis urbi locis ii acciti fuerint, tum ex Hebdomo versus Occidentem, tum ex Rhegio et Athyra versus Orientem, tum ex Calabrya, loco scilicet in Asia sic appellato, quem Καλοβρύην vocat Bryennius, Καλαβρύην, Scylitzes et Zonaras : Anna vero Comnena, Καλαύρην.

XIV. Tribunali porro, de quo mox egimus, adjacuit amplum et spatiosum Palatium, quod ut Tribunal, ita et illud Hebdomi appellatione donatur passim a scriptoribus, cui Tribunal vicem præstiti vestibuli, adeo ut pro uno eodemque suburbano fere semper usurpetur, ad quod processum facere dicantur imperatores, in eo scilicet moram acturi, in *Chronico Alexandrino*, apud anonymum Combefisianum, Leonem Grammaticum, et Cedrenum in Romano Lacapeno, uti in *Constantinopoli Christiana* docuimus. Processus enim in alia palatia duntaxat, seu etiam suburbana, fieri dicebantur, mutandi aeris gratia : quod facere solent summi pontifices, cum a Quirinali ad Vaticanum, aut contra secedunt. Unde Constantinus Porphyrogenitus in Basilii Vita n. 90 ejusmodi palatia seu suburbana βασιλικὰ μεταβολῆς ἕνεκα καταγώγια appellat, ubi de Pegano palatio agit, quod ad urbis muros erat versus portam Auream, ut et palatium quod Hebdomi appellabant versus Blachernas et sinum Ceratinum, et πρὸ τῆς πόλεως erat, ut est apud Theophanem in Michaele an. 2. Illud porro ipsum est quod in regione 14 exstitit, ut est in veteri urbis descriptione, et Constantini nomen retinet, a conditore Constantino M., a quo conditum primo extra urbis mœnia, postea iis productis intra urbem, vel certe ad ipsa mœnia etiamnum conspicitur. In eo vero exstitit Consistorium Gratiani et Justiniani imperatorum, de quo multis egimus. Istud vero Palatium, Hebdomum nude a scriptoribus fere semper nuncupari constat; quod præsertim eruimus ex ejusdem Justiniani Constitutionibus in eo Consistorio exaratis, quæ subscribi solent hac formula : *Recitata Septimo milliario hujus inclytæ civitatis in Novo Consistorio Justiniani*, vel *Septimiliario in Novo Palatio*, vel *Septimo in Novo Consistorio*. Locos protulit Jacobus Cujacius, lib. xx, Observat. cap. iii, nos etiam lib. ii *Constantinopoleos Christianæ*. Ex quibus omnino conficitur *Hebdomum*, et *Septimum milliare*, vel *Septimiliarium civitatis* Constantinopolitanæ ideo appellari, quod revera ad urbem esset, et ad illius mœnia, ita ut ipsius urbis pars fuerit, etsi primitus extra ipsos muros, atque adeo ut a Septimo ab Urbe milliari distingueretur : unde quæ in Septimo, id est, vel in hoc Palatio vel in Tribunali acta dicuntur, recte in ipsa urbe acta referuntur in supra allatis auctorum locis. Atque inde Justiniani Palatii appellationem deinceps etiam retinuit, ut ex Bondelmontio docuimus, a quo supra mœnia statuitur, et juxta ædem Novem Ordinum, seu SS. Angelorum, quam Cantacuzenus ad ipsos urbis muros pariter statuit, adeo ut nullus dubitandi supersit locus, quin Consistorium Justiniani in Septimo milliari, illud idemque sit cum eodem Justiniani Palatio, quod Constantini etiam vocant. Sed et hinc colligere licet cur Marcellinus comes scribat, *Honorium a patre suo Theodosio in eodem loco quo fratrem ejus Arcadium, Cæsarem fecisse, id est Septimo ab urbe milliario.* Quippe cum Arcadius *Constantinopoli in Milliario septimo* levatus dicatur Augustus ab Idacio, sequitur quod factum est Septimo ab urbe milliario, non potuisse fieri in urbe, nisi hac locutionis formula, tum apud Marcellinum, tum apud Socratem et Cedrenum, locis infra allatis, ipsum Palatium Hebdomi, vel Tribunal quod ad urbem stetit, intelligatur.

XV. Proinde igitur apud scriptores Hebdomum pro ipso Palatio usurpari omnino constat. Apud Zonaram in Theodosio Juniore et Nicephorum Callisti, Pulcheria regia exacta, εἰς τὸ Ἑβδόμον concessisse legitur, id est in Palatium Hebdomi. Rufinus lib. iii *De vitis Patrum* de quodam monacho : *Habitabat autem in parva cella foris civitatem, prope proastium qui vocatur in Septimo, ubi solent imperа-*

tores egressi de civitate libenter degere. Neque aliter intelligendus Theophanes, an. 31 Justiniani, ubi de terræ motu qui eo anno accidit, quo urbis muri a Constantino et a Theodosio conditi, non modo conciderunt, sed et ἐν ἐξαιρέτῳ (*præsertim*, ita hæc vox vertenda fuit) ἐκκλησίαι, καὶ τὰ ἐπέκεινα τοῦ Ἑβδόμου, ædes S. Samuelis, Delparæ Petalæ dictæ, et S. Vincentii, multaque ecclesiarum altaria et ciboria, a porta Aurea ad portam Rusii. Hic enim per *Hebdomum* exserte intelligitur Palatium Hebdomianum urbi ac illius muris adjunctum, cum de ruinis urbis duntaxat hic agatur. In Chronico ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem, in Mauricio, Campus Tribunalis Hebdomo proximus dicitur : Καὶ μὴ τοῦτο καταδεξαμένου τοῦ βασιλέως, Θεμωθὶς ὁ βάρβαρος, ἀπέκτεινεν χιλιάδας δέκα ἐν τῷ Κάμπῳ τριβουνάλίου, τῷ πλησίον τοῦ Ἑβδόμου, hoc est, *In Campo Tribunalis Palatio ad urbis muros, Hebdomo appellato, proximo.* Notant Menæa 29 Julii, SS. Benjamini et Verii memoriam celebrari πλησίον τοῦ παλατίου τοῦ Ἑβδόμου. Neque forte aliud est Palatium ab Hebdomiano, de quo Zonaras in Constantino Monomacho, scribens Tornicio urbem oppugnante versus Blachernas, imperatorem ἔν τινι βασιλικῶν θαλάμων προβεβλημένῳ τῶν ἄλλων, καὶ ἐπὶ τῷ πρὸ τῆς πόλεως ἐστραμμένῳ πεδίῳ, pro majestate consedisse, ut videret hostes, et ab iis vicissim videretur. Ubi observare licet, non modo hanc locutionis formulam, πρὸ τῆς πόλεως, denotare quod est in urbis prospectu, sed et πεδίον illud πρὸ τῆς πόλεως non aliud esse a Campo Hebdomi vel Tribunalis, quem ad urbem, et ante urbem exstitisse produnt passim scriptores.

XVI. Neque porro, quod supra attigi, Palatium Hebdomi et Tribunal unum idemque fuere, si stricte res sumatur. Nam Tribunal erectum erat in Campo Hebdomi sub dio, in quo levari et inaugurari solebant imperatores, cui adjunctum erat ingens Palatium, quo se recipiebant exacta inauguratione, quod Hebdomi pariter appellabant, quod in campo Hebdomi esset ædificatum. Id omnino declarat Theophylactus Simocatta, lib. I, cap. 1. Nam ubi scriptor *Chronici Alexandrini* ait mortuum Tiberium Constantinum ἐν προκίτσῳ τοῦ Ἑβδόμου, id est dum in Palatio Hebdomi moraretur, post renuntiatum in Augustum Mauricium generum in Tribunali, ut habent Theophanes et Zonaras, hæc ait, ubi de inauguratione Mauricii : Φοράδην γὰρ ἀχθεὶς ὁ βασιλεὺς Τιβέριος ἐπὶ τὴν ὑπαίθριον τῶν βασιλείων αὐλὴν, ἥτις παρήνωται τῇ πολυστιβάδι τῶν ἀνακτόρων οἰκίᾳ, προαυλίῳ περιφανεῖ, καὶ παρεδέξω τῷ προσηνεῖ, Mauricium scilicet imperatorem renuntiavit. Quæ quidem verba ita Latine sonant : *Raptim adductus Tiberius imperator in subdiale palatiorum atrium, multis constanti trichinio palatiorum ædi adjunctum, vestibulum illustre, viridumque proscenium.* Ex his quippe colligitur Atrium in quo exstructum erat Tribunal, vestibuli vicem præbuisse adjacenti Palatio : hincque Palatium et Tribunal promiscue ut unum idemque ab Himerio Παλάτιον τὸ τριβουνάλιον, et *Hebdomum* appellari ab aliis scriptoribus. Non mirum igitur videri debet si utrumque exstitisse Constantinopoli tradant quos supra laudavimus scriptores, cum Urbi proxime adjacuerit in Hebdomiano Campo ad ipsa mœnia ædificatum : quemadmodum suburbanum Sangermanense, vel S. Marcelli, in ipsa Parisiorum urbe esse dicimus, etsi mœnibus et portis nuper ab ea utrumque disparatum. Neque enim Hebdomum, ubi inaugurari solebant imperatores, Constantinopoli esse potuit, quod exserte tradunt supralaudati scriptores, si ad septimum milliare exstitit : quasi aliquis quod actum legitur Versaliis, id Parisiis factitatum scriberet, quod nemo unquam, nisi stupidus, et minus sanæ mentis, litteris mandare audeat.

XVII. Enimvero non omnino pro certo haberi debet quod ait vir doctus, Προάστεια, et *Suburbana* dici duntaxat quæ millibus aliquot ab urbe distant, quæque προάστεια τῆς πόλεως videntur appellari a Theophane, an. 7. Justini Junioris, et quorum præ cæteris meminit concilium Nicænum II, can. 18, imo quævis prædia rustica, ut in Vita Basilii Junioris, n. 42 et 44, quemadmodum apud Anonymum Sirmondeum, Constantinus M. mortuus dicitur in suburbano Constantinopolitano, villa publica, juxta Nicomediam, rectius tamen in *Chronico Alexandrino*, ἐν προαστείῳ τῆς αὐτῆς πόλεως, scilicet Nicomediæ, adeo ut inde elicere velit suburbanum Hebdomum procul ab urbe fuisse : cum quæ urbi statim obversantur, etiam ad ipsos urbis muros, ita appellare solere scriptores ipsemet non difficeatur. Nam ideo dicta προάστεια, quod πρὸ τῆς πόλεως, et in illius sint prospectu. Ita enim προάστειον apud Hesychium exponitur, πρὸ τῆς πόλεως, et apud Papiam, *viridarium prope murum*, apud Hugutionem vero *locus ante civitatem, id est suburbanum.* Quidquid igitur extra urbem, vel illius muros, et in illius conspectu est, *suburbanum* dicitur, etiamsi interdum ab ea millibus aliquot remotius, ut est in Glossis interlinearibus ad hunc versum Gregorii Theologi in Dramate de Christi passione : Ἐπυγχάνομεν ἀγρόθεν πυλῶν ἔσω, ubi Glossator, ἢ ἀπὸ προαστείου. Ejusmodi sunt villæ quæ delectationis causa coluntur, de quibus exstant aliquot Epigrammata in Anthologia, lib. IV, cap. 30, et Tullius, *Deliciarum causa et voluptatis quondam in hortis aut suburbanis suis cum mitella sua videmus.* Unde in horum ejusmodi suburbanorum propylæis Martem effingere solebant veteres, quod cum extra urbium essent mœnia, hostium paterent incursibus, cum ædibus interjacentibus Minervam appingerent, quia, inquit Isaacius Tzetzes ad Lycophronem, ἐν ταῖς πόλεσι καὶ ταῖς οἰκίαις χρὴ συμβουλῆς καὶ φρονήσεως, ἐν τοῖς ἐκτὸς δὲ (προαστείοις, ut ea supra appellarat) ὑπὲρ τούτων ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους. Quæ igitur urbi vicina sunt, προάστεια, et esse πρὸ τῆς πόλεως dicuntur;

quomodo accipienda constat verba Theophylacti Simocattæ, lib. VI, cap II, cum ait : εἰς τὰ πρὸ τῆς πόλεως nata παράδοξα τέρατα, id est in agro circumjacenti, et in *suburbanis*, ut recte vertit interpres. Jam vero προάστεια, urbi Constantinopolitanæ, atque adeo ipsis mœnibus adjuncta palatia vocare scriptores Byzantinos vel inde constat, quod Sycas, seu Galatam unico freto ab urbe discretam, cujus etiam decima tertia regio exstitit, ac proinde illius pars fuit, ita appellet *Chronicon Alexandrinum*, an. 1 Justiniani : et Cosmidium, seu Palatium, ad ædem SS. Cosmæ et Damiani, quod Emporium dicitur Georgio monacho in Michaele Theophili filio, et scriptoribus nostris *Castellum Boemundi*, ut suo loco doculmus, ad littus ejusdem Ceratini sinus, ipsosque muros maritimos, proinde urbi contiguum, προάστιον perinde a Symeone logotheta in eodem Michaele n. 13 appelletur. Sic etiam Palatium Peganum ad portam Auream, eique continuum a Cinnamo lib. II, n. 17 appellatur, cum ait Ludovicum VII Francorum regem, salutato Manuele imperatore in Magno Palatio, εἰς προάστιον, ὃ Φιλοπάτιον ὀνόμασται τοῖς πολλοῖς, concessisse. Neque enim aliud est Philopatium a Palatio Pegano, quod pluribus aliis probavimus, tum in Notis ad Villharduinum, tum in nostra *Constantinopoli*. Idem vero Cinnamus n. 14, illud ipsum Palatium τὸ καταντικρὺ τειχέων βασιλικὸν ἐνδιαίτημα vocat. Non igitur contendat vir doctus suburbana solum appellari quæ longius ab urbe distant, vel prædia deliciis et voluptati addicta, quemadmodum *Siciliam populo Romano jucundam suburbanitatem* fuisse dixit Cicero IV in Verrem : qua quidem voce usus etiam Sidonius, lib. III, epist. 1 : *Ecclesiam Arverni municipioli, cui præpositus etsi immeritus videor, peroppportuna oblatione locupletando, cujus possessioni plurimum contulisti, Cuticiacensis prædii suburbanitate, non minus nostræ possessionis fraternitatem loci proximitate dignatus ditare.* Proximum igitur urbi Arvernæ fuit Cuticiacense prædium.

XVIII. Neque vero proxima duntaxat civitatibus loca, vel prædia, aut palatia προαστείων nomine donata, sed etiam intra ipsam urbem, ac in remotioribus et ad ipsos muros partibus, quævis ædes amplos hortos habentes delectationis gratia, ut sunt hodie, quas vocant, *Vineæ* intra urbem Romam, quæ προαστείων vice sunt magnatibus : cum ita appellentur, quod revera primis reipublicæ ac imperii Romani temporibus intra urbes vineæ colerentur, quod vetuisse Domitianum scribunt. Nam, ut ait lex 6 Cod. de præd. et al. reb., *Prædium rusticum vel suburbanum ab urbanis non loco, sed qualitate discernitur.* Quæ totidem verbis habentur in lib. XXXVIII *Basilic.* tit. 9, cap. 37 : Προάστειον ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ οἰκήματος οὐχ ὁ τόπος, ἀλλ' ἡ ποιότης χωρίζει. Ubi Scholiastes : Τὸ προάστειον, φασὶ, χωρίζεται ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου θέσεως, ὅτι ἐξώκιστα τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐκ τοῦ προσήκειν πάροικον, ὥστε, καὶ εἰ ἐν πόλει ἐστὶ, πρόσοδον δὲ παρέχει, σουβουρβάνον λέγεται· καὶ ἔξω δὲ πόλεως εἰ ἔστιν, ἀπροσόδευτον δέ ἐστι τὸ οἴκημα, πρὸς τέρψιν μόνον κατασκευασμένον λέγεται. Vel inde patet *suburbana* intra ipsam urbem exstitisse, proindeque non mirum si quæ ipsis extra mœnibus adjuncta erant eamdem nomenclaturam obtinuerint. Atque hac quidem notione, id est pro suburbanis intramuraneis, προάστεια appellat concilium Constantinopolitanum sub Mena, act. III, ubi de perquisitione Anthemii in urbe facta agitur, et episcopis, qui a Patribus concilii ad hoc missi fuerant : Ἔφησαν δὲ προάστειον αὐτὸν ἔχειν πλησίον τοῦ προφητείου, ἐν ᾧ συνεχέστερον εὑρίσκετο ἀπιών. Prophetæum autem istud infra S. Isaiæ appellatur : Ὅτι ἔστιν αὐτὸν ἔχοντα προάστειον πλησίον τοῦ προφητείου τοῦ Ἁγίου Ἡσαΐου. Rursum : Παραγενόμενοι καὶ ἐν τῷ προαστείῳ τῷ διαφέροντι τῷ αὐτῷ Πέτρῳ πλησίον ὄντι τοῦ εὐκτηρίου οἴκου τοῦ ἁγίου μάρτυρος Θύρσου. Denique : Κἀκεῖθεν παραγενόμενος ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Θύρσου, ἔγνωμεν ὡς προάστειον πλησίον διάκειται Πέτρου τοῦ ποτὲ τῆς Ἀπαμέων ἐπισκόπου, etc. Ea porro hic recensitæ ecclesiæ intra urbis Constantinopolitanæ muros ædificatæ erant, de iisque sat multis egimus in nostra *Constantinopoli*, libro IV. Neque enim extra urbem missi episcopi, quo Anthemium et Petrum Apamecnsem perquirerent, cum id non exigant canones, sed in suis ipsorum intra urbem ædibus, ubi habitare solebant. Quin etiam de hujusmodi intramuraneis suburbanis intelligendus videtur Theophanes, an. 22 Anastasii, qui in seditione orta Constantinopoli, fugæ se dedit, ὥστε κρυβῆναι ἐν προαστείῳ ἐγγὺς Βλαχερνῶν. Sive enim Suburbanum istud intra aut extra urbem fuerit, saltem Blachernano Palatio, quod intra urbem postmodum inclusum fuit Heraclio imperante, proximum fuisse dicendum est. Verum quis dissertatori concedat Petrum Gyllium sola agnovisse suburbana quæ urbi contigua sunt, et ignorasse ita appellari quæ aliquot millibus ab ea distant : quasi vero singularis omnino eruditionis scriptori, et quem eo nomine summis laudibus non semel extollit Jacobus Cujacius, ignota fuerint quæ pueri sciunt in scholis : sed is scivit quod ignoravere alii, προάστεια non modo urbi continua, quorum præ cæteris meminit Joannes Biclariensis, an. 1 Tiberii, sed etiam quæ in ipsa urbe sunt interdum appellari.

XIX. Jam vero cum Hebdomum, seu Campus Hebdomi, amplus esset ager, ut qui ab urbe ad septimum usque lapidem pertingeret, varia, ut diximus, in eo exstitere ædificia et suburbana, quæ in Hebdomo excitata esse dicuntur a scriptoribus, non indicato fere semper eorum peculiari situ, et an urbi, vel an septimo lapidi proxima fuerint. Nam præter Tribunal et adjunctum Constantinianeum Palatium, de quibus egimus, ut omittam etiam Castellum Theodosianum, quod in Hebdomo statuit Theophanes, an. 7 Phocæ legimus

apud Procopium, lib. I *De ædific. Justiniani*, cap. 4, ædificatam ab eodem Augusto S. Theodotæ ædem ἐν προαστείῳ τῷ καλουμένῳ Ἑβδόμῳ : aliam præterea S. Joannis Baptistæ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ καλουμένῳ, et aliam denique in eodem Hebdomo SS. Menæ et Menæo martyribus dicatam. Quod vero spectat ad ecclesiam S. Præcursoris, quin illa sit, quam a Theodosio M. ædificatam tradunt scriptores, et quam Justinianus instauraverit, dubitare non licet, quæ μονὴ τοῦ Ἑβδόμου dicitur Scylitzæ et Zonaræ in Alexio, et Ἕβδομον nude in Vita Auxentii sub initium : quam Sozomenus lib. VII, cap. 21 πρὸ τοῦ ἄστεως, idem cap. 24 ἐν Ἑβδόμῳ μιλίῳ, *Chronicon Alexandrinum* an. 13 Theodosii M. ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ Κωνσταντινουπόλεως, Nicephorus denique Callisti πρὸ τῆς Κωνσταντίνου ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ, ab eodem Theodosio excitatam scribunt, in Hebdomo scilicet quod urbi proximum et in illius conspectu fuit : nam, ut est apud Georgium Alexandrinum in Vita S. Joannis Chrysostomi, ita vocabatur ὁ τόπος τῆς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐκκλησίας. Illisce porro loquendi formulis satis innuunt iidem scriptores, hanc ædem non ad septimum ab urbe milliare ædificatam fuisse. Quid enim sibi vult aliud, πρὸ τῆς πόλεως, quam in urbis ipsius prospectu ? vel Hebdomum Constantinopoleos quam pars Hebdomiani Campi urbi proxima? deinde Phocam in hac æde coronatum imperatorem tradunt Simocatta, *Chronicon Alexandrinum*, et Theophanes, scilicet juxta Tribunal, ubi acclamatus fuerat Augustus. Tribunal vero urbis mœnibus proximum fuisse supra docuimus. Verum quin ad septimum milliare non exstiterit, hinc patet omnino quod ad sinus Ceratini littus statuatur a Socrate, lib. VI, cap. 11, unde septem ab Urbe millibus disparata esse non potuit, siquidem littus Ceratinum ad sinus caput ultra unum milliare non protenditur, ubi Cydaris et Barbyses fluvioli confluunt, et in sinum Ceratinum aquas suas evolvunt. Ita porro Socrates ubi de Epiphanio Cypri episcopo ad Urbem appellente : Προσορμήσας οὖν ἐν τῷ ἐπὶ Ἰωάννην μαρτυρίῳ, ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημείοις τῆς πόλεως, καὶ ἐξελθὼν τῆς νεώς, etc. Paulo aliter Sozomenus, lib. VIII, cap. 14, ubi de eodem Epiphanio : Ἐκπλεύσας τῆς Κύπρου, κατῆλθεν εἰς πρὸ τῆς πόλεως καλούμενον Ἕβδομον· εὐξάμενος δὲ ἐν τῇ ἐνθάδε ἐκκλησίᾳ, ἦκεν εἰς τὴν πόλιν. Appulerat scilicet Epiphanius ad portum Hebdomi, per sinum Ceratinum, indeque, cum in æde S. Joannis Baptistæ orasset, in urbem proximam venit, non navigio, sed itinere terrestri. Neque tamen ad ipsum maris sinus Ceratini littus, versus illius caput, exstitit ædes S. Joannis Baptistæ, sed in continenti, licet eidem forte vicina. Quod colligere est ex eodem Procopio, lib. I, cap. 8, ubi οὐκ ἐπιβαλάσσιον τὸ τοῦ Βαπτιστοῦ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ καλουμένῳ Martyrium fuisse diserte ait, contra quam ædes S. Michaelis in Anaplo, quæ eidem quoad structuram similis fuit. Hebdomum porro non ad Propontidem, sed ad sinum Ceratinum exstitisse satis pluribus supra probavimus.

XX. Præallatis vero non obstat quod Socrates lib. VI, cap. 6, S. Prodromi Μαρτύριον septem ab urbe milliaribus dissitum scribat, hisce verbis, Ἑπτὰ δὲ σημείοις τοῦτο ἀπέχον τῆς πόλεως. Et cap. 11 : Ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως. Hæc enim intelligenda, non de martyrio ipso, sed de Hebdomiano campo, qui revera initio sumpto a septimo lapide ab urbem pertinente, septem ab ea milliaribus dissitus fuit. Hebdomum igitur vocabatur hæc ædes, quod in Hebdomo excitata esset, hoc est in campo Urbi proximo, ut et alia eidem ædi adjuncta, S. Joanni evangelistæ dicata, ut est apud Codinum, in *Originibus Constantinopoli*. cujus verba attulimus in nostra *Constantinopoli* : et apud Pachymerem, qui lib. II, cap. 21, monasterium, quod τὴν κατὰ τὸν Ἕβδομον τοῦ Θεολόγου μονήν, infra lib. VII, cap. ult. nude Ἕβδομον vocat, ubi de sepulcro Basilii Bulgaroctoni in eo sepulti agit, cujus Epitaphium, quod descripsimus in Notis ad Zonaram, observat illius τύμβον ἐν μέσῳ τῆς Ἑβδόμου fuisse, qua verborum formula satis indicatur hanc ædem exstitisse in campo Hebdomi, non vero ad septimum ab Urbe milliare. Sed an S. Prodromi Hebdomiana ædes intra urbem postmodum inclusa fuerit, quod velle videtur Gyllius, dubium facit ne quid dissimulem, quod Constantinus Porphyrogenitus tradat Basilium avum ædem S. Joannis Baptistæ, eidem ædi S. Joannis evangelistæ in Hebdomo proximam, et a Basilio instauratam, extra Urbem statuat, cap. 63 edit. Allatianæ : ita ut ædes S. Præcursoris, quam sua ætate dirutam fuisse a Turcis scribit Gyllius, illa forte fuerit, quæ vetus dicebatur, et urbis muris incumbebat, a Constantino M. ædificata, ut est in Πατρίοις ΚΠ. a nobis laudatis.

XXI. Mirari porro hoc loco subit, tam fidenter affirmare virum eruditum, neminem veterum (indulgendum tamen quod addiderit, *quos legerit*) ecclesiæ S. Joannis Prodromi Christi intra muros urbis Constantinopoleos ullam fecisse mentionem : cum præter celeberrimum illud Studiense monasterium nemini non notum, ad duodecim eidem S. Præcursori intra urbem dicatarum ædium historiam in nostra *Constantinopoli* perstrinxerimus ; quibus duas insuper alias addere licet, in quas non incideramus, dum illa prodiit, quarum altera est S. Joannis Baptistæ ἐν τῷ Λοφαδίῳ, cujus meminit Codex Cæsareus apud Petrum Lambecium, lib. V Commentar. de Bibl. Cæsar. pag. 79 : Ἐπὶ δὲ ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Νικολάου τοῦ Κυρβυνιάτου, τοῦ ἐκ τῆς σεβασμίας μονῆς τοῦ τιμίου Προδρόμου τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐπιλεγομένης τοῦ Λοφάδ, etc., qui quidem Nicolaus patriarcha non alius est ab eo qui Alexio Comneno imperante vixit, ut docemur ex Catalogo Patr. Constantinopol. descripto in Jure Græcorum : Νικόλαος μοναχὸς ὁ γραμματικὸς

ὁ ἐν Ἀσφαλῷ θεοπρόβλητος ἀρχιερεὺς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ A Tullium, eadem ferme de causa ab iis insimulatum : adeo ut ne locos quidem auctorum semel a se laudatos ab aliis rursum laudari patiantur, jure, ut aiunt practici nostri, præventionis. Quasi vero philologi partibus fungi cuivis non liceat, qui si, ut verbis utar Plutarchi, ἐν ἀλλοτρίῳ χώρῳ multo magis, in eo qui omnibus patet, omniumque est disciplinarum campo, πόδα τίθεσθαι, nullo jure prohibetur. Quin etiam non desunt qui ab ea quam in rei litterariæ, ut fieri solet, dubiis ac controversis protulere sententia, decedi piaculum existimant, cum in eorum verba juraturos quotquot scriptioni delinceps calamum apponent, sibi in animum inducant, ac suammet in iisdem conjecturam vel opinionem expromendi facultatem omnem simul adempturi : quasi denique ipsi errare se non posse putent, licet id neque cuiquam unquam contigerit, et majus sit quam ut convenire in humanam fragilitatem queat.

χυροῦ Ἀλεξίου, etc. Aliam, quæ Danielis nomen prætulit, ædem S. Prodromi ad S. Mocium memorat scriptor ineditus Vitæ S. Marciani œconomi, a quo exstructam scribit : Τὸ μὲν οὖν ἱερὸν αὐτοῦ λείψανον (S. Isidori) ἡ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου μονή, ἧς ἄρα καὶ τοῦ Δανιὴλ λέγεται, ἔγγυς μὲν θείου ναοῦ τοῦ λαμπροῦ μάρτυρος Μωκίου διακειμένη, ἔργον καὶ αὐτὴ οὖσα τῆς ἐκείνου χειρὸς, ἢ μᾶλλον τῆς προθέσεως, ἔνθα δὴ καὶ εἰς δεῦρο λαμπρῶς αὐτοῦ καὶ φιλοθέως ἡ μνήμη τελεῖται. Atque hæc quidem per πάρεργον hic descripsimus, ut binæ istæ S. Præcursoris ædes cæteris a nobis commemoratis adjungantur. Ex prædictis igitur hæc summatim colligere licebit Hebdomi vocem varie a scriptoribus Byzantinis efferri : pro loco scilicet in B quo stetit septimus lapis, ubi ædificia quorum li meminerint stetisse nulla, ut superius dixi, prorsus constat : deinde pro interjecto inter septimum istum lapidem et urbem Constantinopolitanam, in quo ea omnia quæ ab iis in Hebdomo esse dicuntur, exstitere, cujusmodi fuere Tribunal, Palatium eidem adjunctum, ac sublinde intra urbem inclusum, sed et ædes S. Joannis Baptistæ et Joannis evangelistæ, quæ quidem ædificia omnia Hebdomi appellatione promiscue donantur a scriptoribus. Utrum vero satis superque ista probaverimus, judicium ferent eruditi lectores.

XXII. Cæterum gratias per me licet referant quam maximas viro doctissimo quotquot sunt litterati, quod *primus diligenter explicuerit situm Hebdomi cum quatuor suis partibus, Campo, Tribunali, æde S. Joannis Baptistæ, et Palatio Secundianarum*, Gyllio, nobisque, si dis placet, incognitis : quasi non alia et longe plura exstiterint in Hebdomo ædificia, cujusmodi sunt de quibus in præsens agimus, quæ partes istas multiplicare debuerint, siquidem ita appellari debeant. Verum cum bona illius venia dicere liceat, nihil a nobis in ea quam in id argumentum contexuit Dissertatione deprehensum, quod non viderit Gyllius, nullosque ab eo descriptos auctorum locos quos ipsi in *Constantinopoli Christiana* non descripserimus, præter triviales forte aliquot e Miscella petitos, non consulto vel lecto Theophane, cujus illius auctor D interpretem egit. Quæ quidem non eo dico animo, quasi aliena expilasse, vel quod ab aliis observata non posse rursum scriptorem observare, velim contendere : cum præterquam quod iisdem omnes utimur libris, quæ semel in publicam lucem emittuntur, juris fiant publici. Nequa enim ex iis sum, qui si quidpiam, aut quod scripsere, aut in suis antea emissis lucubrationibus vel leviter attigere, alii, id exigente quod pertractandum susceperunt argumento, pariter attingant, illico nescio qua lympha correpti, *quasi in publici erarii fures*, ut est apud Hieronymum, insurgunt, quemadmodum Luscius ille Luscinius in Terentium comœdiarum scriptorem : vel *repetundarum accusant*, ut Græci

XXIII. Longe vero sanior viget apud paulo politiores inter eruditos scribendi ratio, qui in litterariis controversiis, si dissentire contingat, non dico sine contumelia (cum id eorum sit duntaxat, quos ἀγροικοσόφους vocat Philo (libro, *Περὶ ἀσκητ.* et libro *Περὶ φυγάδ.*, (qui scilicet Musis, non vero simul et ταῖς Χάρισιν ἴδουσαν, vel qui τὴν Ἀφροδίτην ταῖς Μούσαις οὐ συνέπλεξαν, ut loquitur Themistius orat. 21, p. 303, *ed. Reg.*), sed ea urbanitate ac moderatione servata, sed nec sine elogio aliquo, id semper peragant, ut imminutam a se dignitatem C nemo conqueri possit : quod omittere solent qui nescio qua, ut diximus, inepia κακοζηλίᾳ soli sapere videri volunt (*Stobæus*, p. 57). Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. *Si placeat*, aiebat olim sanctus Augustinus scribens contra Petilianum (lib. II), *et vobis pro maledictis maledicta reponere possumus, et nos dicere forte conviciari possumus, et nos dicere crepitantibus flammis : sed nullo modo mihi sonat dicere, quod dicitur inepte.* Et Bessarion cardinalis in Epistola inedita ad Michaelem Byzantium, illius eruditionem in iis quæ adversus Theodorum Gazam scripserat, laudare quidem, non vero τὸν τῆς συνηγορίας τρόπον probare se ait : Οὐ γὰρ, subdit ille, λοιδορίας τοῦ ἀντιδίκου, ἀλλ' ἀποδείξεσι καὶ λογικαῖς ἀνάγκαις τῷ τε φίλῳ συνηγορητέον, τόν τε ἐχθρὸν ἀμυντέον. Si quando igitur ab quorumvis scriptorum, nedum amicorum, sententia discedimus, ita versari debemus, ut assequendæ duntaxat veritatis causa id fiat, allatis, quibus nostra firmari possit, vel argumentis, vel scriptorum auctoritatibus, cum in eorum verba, in re maxime litteraria, jurare minime aut cogat quævis necessitudo, vel parta etiam doctrinæ existimatio. Tum vero *sine nostro invicem dolore*, quod aiebat sanctus Hieronymus scribens ad sanctum Augustinum, *ludere* liceat :

Multa jocis pateant, liceat quoque ludere fictis,
Sed lingua mulcente gravem interludere dentem,
Ludere blandiflua arentibus, et male dulces

Fermentare jocos satyræ mordacis aceto,
Sæpe poetarum nunquam decet esse parentem.
Quin potius,

Si pravo rectum, si religiosa profanis,
Luxurie parcum, turpi mutatur honestum,
Segnis, iners, obscurus ago, miserere vocatis
In mala perversi; blandum licet ira parentem
Excitet, ut lapsum rectis instauret amicum
Moribus, et monitu reparet meliora severo.

(S. Paulin, poem. XII.)

Sed præter allatas ejusmodi tot magnorum virorum hac de re sententias, an non liceat aliam recentioris, atque adeo singularis eruditionis scriptoris, hic etiam appingere? Is est Henricus Valesius Hadriani frater, qui ad Excerpta Polybii sic præfatur : « Atque hæc de versione Casauboni quasi per excessum dicta sint, non obtrectandi studio (id enim alienum est a nobis), sed ut si forte quid a me peccatum in versione mea deprehendetur, facilius lector ignoscat : deinde vero ut abstersis his nævis aliquam gratiam a studiosis iniremus. Hominis enim ingenui esse arbitror, ut ait Polybius noster, non ex alienis erratis gloriam captare, sed cum nostris, tum etiam alienis scriptis, quantum in nobis est, curam atque emendationem adhibere. Cujus quidem instituti nostri ubique velim lectorem meminisse, si quando in Notis a doctorum hominum opinione dissentimus. Idemque ipse a cæteris postulo, ut sicubi, quod nimium sæpe fortassis accidit, a veritate aberraverim, corrigere atque emendare ne dubitent : hoc enim dummodo bono more et citra convicium fiat, gratiæ atque honori habendum puto. » Neque omittenda verba Polybii hic laudata, cæteris a nobis descriptis adjungenda : Περὶ δὲ τῶν τόπων ἀγνοίας τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν, διὰ τὸ μεγάλην εἶναι παράπτωσιν, οὐκ ὤκνησα γράψαι πρὸς αὐτὸν Ζήνωνα, κρίνων, καλὸν εἶναι τὸ μὴ τὰς τῶν πέλας ἁμαρτίας ἴδια προτερήματα νομίζειν, καθάπερ ἔνιοι τοιεῖν εἰώθασιν, ἀλλὰ μὴ μόνον τῶν ἰδίων ὑπομνημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλλοτρίων, καθόσον οἷοί τε ἦμεν, ποιεῖσθαι πρόνοιαν καὶ διόρθωσιν χάριν τῆς κοινῆς ὠφελείας. Quæ quidem ita Latine reddidit doctus interpres : *Cæterum de illa situs Laconicæ ignoratione, eo quod gravis esse is error videretur, ad ipsum Zenonem litteras scribere non dubitavi, hominis ingenui esse arbitratus, non ex alienis erratis gloriam captare, quod nonnulli solent, sed cum nostris tum etiam alienis Commentariis, utilitatis publicæ gratia, quantum in nobis est, curam atque emendationem adhibere.* Ita sentire solent viri bene de litteris meriti, qui scilicet non cathedrali quadam declamatione, et tyrannica, ut ita loquar, παιδαγωγίᾳ alios volentes nolentes in sententiam suam rapere ac pertrahere conantur. Neminem, inquit, nuperus scriptor perinde doctissimus, personaliter læsi, etsi a viris magnis, eruditis, bonis amicis, non raro dissentiam. Hoc semper a me factum est incolumi amicitia, cultu et observantia. Dissentientes colam, et dissentientem me, ut scio, patientur, qui, si quid a me secus quam veritas ipsa postulat dictum frequentius fuerit, monentes lubens sequar, et ceram complanabo : dico monentes, non invadentes. Lectorem opto arbitrum, non adversarium, ut olim optime Stagirites philosophus dixit. Atque hæc quidem tradita hactenus a tot viris sapientibus præcepta, si ἐν τοῖς τῶν ψυχῶν ἤθεσι, id est, in animorum nostrorum monumentis, uti libros vocat Themistius, seu ἐν ζώσαις εἰκόσι τῆς ψυχῆς, ni appellantur a Michaele Psello in Monodia inedita in Joannem Patricium, sedulo exsequamur, præclaram in nobis morum civilium effingemus et ad posteros transmittemus imaginem. Sed hæc quasi per transennam, licet forte extra rem, dicta sint de his duntaxat qui ex hujuscemodi inurbana *facilitate ac delectatione quadam reprehendendi*, ut loquitur Lupus abbas Ferrariensis (Epist. 26), plausum captare solent.

XXIV. Nos vero qui tot inter hujusce ævi eruditos ne minimam quidem obtinere laudem ultro cum dissertatore agnoscimus, nostras qualescunque commentationes, et quas interdum damus conjecturas, omnium judiciis libentes exponimus, ut qui a doctioribus, si lapsos nos contigerit, ab erroribus erigi haud gravate feramus. Proinde tantum abest, ut sententiam nostram de Hebdomi situ a viro cl. improbari ægre tulerim, ut illius Dissertationem cupide statim arripuerim, ex ea quod me fugisset quidpiam consecuturus, *cum quædam scientiæ portio sit*, inquit Faustus Rhegiensis (in Epist. ad Paulin.), *scire quod nescis et ea quæ ignorantur non intelligis prudenter inquirere.* Neque enim sum

. . . . . *tam stulte repugnans, aut amans prave meo,*
Quin statim culpandum dolens, præbeam rectis locum.
(Terent. Maur.)

Sicut enim laudabile est a vera sententia non amoveri, inquit Augustinus, (*Contra Cresecon.*, lib. III, cap. 3), *ita culpabile persistere in falsa, quam nusquam tenere prima laus est, secunda mutare, ut qui ex initio vera permanent, aut, mutata falsa, vera succedat.* Verum, ut fatear quod res est, jure forte dubitabam an in istud disciplinarum genus oleum suum hactenus is contulisset, cum persæpe contingat, ut illis etiam qui inter eruditos primas tenent, multa excidant, quibus vacare non semper patitur ὁ βίος βραχύς, in amplissima præsertim omnis generis litterarum segete, quarum cæteroquin ἡ τέχνη μακρή, ἡ δὲ καιρὸς σφαλερή, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή, siquidem hic aptare licet verba medicorum principis : adeo ut si aliena forte studia attentent, statim vulgatum istud Aristophanis iis occinatur, Ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. Sed exspectationem meam speciosum lemma fefellisse continuo adverti, nihilque novi ab eo allatum, quod ne minimum quidem a pristina sententia me dimovere, nec quemvis vel leviter in *Historia Byzantina* lectione versatum in illius partes abducere debuerit : cum in eo maxime, quod Hebdo-

num, ut attigimus, septimum ab Urbe lapidem unice appellatum putaverit, reclamantibus quantumvis ab eo et a nobis laudatis scriptoribus, *ut qui a principio deviavit ab integro tramite, vagus ubique progrediens, quanto se currere fortius putavit, tanto plus errare necesse fuerit* (Pelagius PP. *Contra Pelagianos*). Verum in ea Diatriba, in qua reipublicæ litterariæ hactenus incognita primus vulgavit, præclara quadam pollicitatione, ne dicam ostentatione, spem nobis injecerat de Secundianarum Palatio novi aliquid dicturum, præter ea quæ in nostra *Constantinopoli* attigeramus, atque lumen quod nobis non affulsisset, quod in primis optabam, detecturum; sed in aliud tempus reservasse, vel certe promissi oblito id illi excidisse par est existimare.

XXV. Hæc porro de Hebdomi situ a nobis observata haud ingrata fore lectoribus facile mihi persuadeo, ac iis potissimum qui evolvendæ Constantinopolitanæ Historiæ incumbunt: quæ quidem hic describere pretium operæ duxi, non tam ut dissertatoris, cujus eruditionem et acumen ingenii semper suspexi, sententiam de hac controversia convellerem, quam ut nostram viris doctis rursum proponerem: non tamen ea qua ille confidentia, ut pro indubitata velim haberi, ne si forte a scopo aberrare me judicet lector, statim dicat quod de Casaubono supra laudatus Henricus Valesius (ad Dionis Excerpta), quem in explicando quodam Suetonii loco, *nihil vidisse*, ait, *idque tunc cum plus sibi vidisse quam cæteri videretur*: adeo ut *quæ conjecturis nititur tractatio sine pertinacia institui debeat*, ut Xenophanes aiebat apud Varronem. Propositam sane in hac Disceptatione difficultatem idem Valesius, nostræ ætatis litteratorum facile princeps, de hac nobiscum verba faciens, arduam et impeditam esse existimabat, ita ut quas in partes transiret ultro se nescire profiteretur, cum loca quæ in Hebdomo sita esse perhibentur, procul ab Urbe fuisse disparata, haud satis expensis scriptorum auctoritatibus, vix censeret, paucis et levi manu ad Ammianum et ad Historiam ecclesiasticam annotatis hanc attigisse contentus. Enimvero si quæ in hac Disquisitione attulimus ad firmandam nostram de ejusdem Hebdomi situ sententiam minime placent viro erudito, dicamus uterque cum Augustino (lib. *contra Epist. fundam.*), *Nemo nostrum dicat jam se invenisse veritatem, sic eam quæramus quasi ab utrisque nesciatur.*

ΙΩΑΝΝΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΚΑΙ ΠΡΩΤΑΣΗΚΡΗΤΙΣ

ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΚΑΝΩΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΥΠΕΡΑΓΙΑΝ ΘΕΟΤΟΚΟΝ,

Οὗ ἡ ἀκροστιχὶς· Ὕστατος ἦχος ὕστατον μέλος κλέπει.

—

JOANNIS ZONARÆ

MONACHI ET PRIMI A SECRETIS,

IN SANCTISSIMAM DEIPARAM CANON

Cujus acrostichis significat: *Postremus tonus postremum nectit melos.*

(Ex Joan. Bapt. Cotelerii Monum. Eccl. Gr., tom. III.)

—

Ἦχος πλ. δ'. Ἁρματηλάτην Φαραώ.

Ἄρειος.

Ὑπεραγία, ἡ Θεὸν χυήσασα τὸν συμφυῆ τῷ Πατρί, μονογενῆ Λόγον, σύγχρονον, ὁμότιμον καὶ ὁμόφρονα Ἄρειος κτίσμα τοῦτον ἐφρόνει, Πατρὸς οὐσίας ἀλλότριον· τοῦτον ἐκδυσώπει σωθῆναι ἡμᾶς.

Tonus obliquus δ. *Aurigam Pharaonis.*

Arius.

Sanctissima quæ Deum peperisti, ejusdem cum Patre naturæ, unigenitum Verbum, coævum, paris honoris; etiamsi insanus Arius eum creaturam esse sensit, a Patris substantia alienum; illum ut salvi fiamus exora.

Sabellius.

Tu suscepisti in utero, omnium Regina, unius divinitatis tres habentis hypostases vere unum, Filium; etiamsi Sabellius confusione impie excogitata, in unam trium nominum personam improbe Trinitatem contraxerit.

Macedonius.

Qui te obumbravit, Immaculata, Spiritum Dei increatum, Verbo et Patri consubstantialem glorificamus, ab hoc procedentem; Macedonium cuncti delirare sinentes, qui dicit eum esse creaturam et facturam.

Apollinarius.

De cœlo descendens Dominus in tuum uterum, casta virgo, et carnem assumens, mentis et animæ participem, nostram salvavit naturam. Ploret autem atque pœnas luat qui ait animam sine mente creatam esse Dominum, amens videlicet Apollinarius.

Ode 3. *Cœlestis fornicis culmen.*

Nestorius.

Ei qui te vere Dei Genitricem non dicit, cum Nestorio pars sit, cunctorum Regina; qui Christum hominem purum esse decernens, te Christi Genitricem aiebat, quæ es Deipara.

A

Σαβέλλιος.

Σὺ ὑπεδέξω ἐν γαστρὶ, Παντάνασσα, τρισυποστάτου μιᾶς, ὡς ἀληθῶς ἑνὸς, τὸν Υἱὸν, θεότητος· κἂν Σαβέλλιος, σύγχυσιν ἀσεβῶς ἐννοήσας, εἰς ἓν συνῆρει τριώνυμον πρόσωπον τὴν θείαν Τριάδα κακῶς.

Μακεδόνιος.

Τὸ ἐπὶ σοὶ ἐπισκιάσαν, ἄχραντε, ἄκτιστον Πνεῦμα Θεοῦ, ὁμοφυὲς Λόγῳ καὶ Πατρὶ, δοξάζομεν, αὐτοῦ ἐκπορευόμενον· Μακεδόνιον πάντες ληρεῖν ἀφέντες τὸν λέγοντα κτίσμα τε καὶ ποίημα εἶναι αὐτό.

Ἀπολλινάριος.

Ἀπ' οὐρανοῦ συγκαταβὰς ὁ Κύριος ἐν σῇ νηδύι, ἀγνὴ, καὶ προσλαβὼν σάρκα ἔννουν τε καὶ ἔμψυχον, ἡμῶν τὴν φύσιν ἔσωσεν. Οἰμωζέτω δὲ ὁ ἄνουν ψυχὴν κτισθῆναι τὸν Κύριον λέγων, δῆ ὁ ἄνους Ἀπολλινάριος.

B

Ὠδὴ γ'. *Οὐρανίας ἀψῖδος ὑπερτέρην.*

Νεστόριος.

Τῷ μή σε Θεοτόκον ὡς ἀληθῶς λέγοντι μετὰ Νεστορίου ὁ κλῆρος εἴη, Παντάνασσα· ὅστις ψιλὸν τὸν Χριστὸν εἶναι βροτὸν χρηματίζων, Χριστοτόκον ἔλεγε τὴν Θεοτόκον σε.

Marcion.

Deus qui e tuis sanguinibus carnem assumpsit, Domina, non sola opinione, juxta Marcionem impium, duoque principia insane introducentem, ovile tuum fide confirmet sua.

Eunomius.

Tuis supplicationibus, o Virgo, tuum ovile libera e suppliciis æternis, quæ impiissime, velut indulgentissimus, Eunomius ad comminationem solo figmento conscripta esse delirabat.

Ode 4. *Tu mea fortitudo, Domine, tu mei et.*

Eutyches.

Eutychis puerili stultaque mente prædita hæresis unam naturam affirmabat in Christo post unionem: corpus ille, o Virgo, quod Dominus assumpsit, unius nobiscum esse substantiæ nequaquam sentit cum Severo; quorum opinionem nos despuimus.

Manes.

Manus tui, immaculata, Fili formavit me, qui et universum mundum constituit: quamvis furens Manes duo introduxerit principia, duosque deos docuerit; unum quidem bonum, alterum vero malum; et creaturas ipsis dispertitus fuerit.

Idem.

Iste, o pura, miser, qui et Filii tui incarnationem in figura fuisse affirmavit, nec veram est arbitratus, eamque opinione duntaxat passum esse docuit impie, unam introducens naturam, solius divinitatis. Ab hujus igitur furore liberemur.

Apollinarius.

Corpus Christi inanimatum affirmabat Apollina-

C

Μαρκίων.

Ὁ ἐκ τῶν σῶν αἱμάτων σάρκα λαβὼν, Δέσποινα, Θεὸς, οὐ δοκήσει κατὰ Μαρκίωνα τὸν ἀσεβῆ, καὶ ἀρχὰς εἰσαγαγόντα ἀφρόνως τὰς δισὰς [*int.* τρισὰς], τὴν ποίμνην σου πίστει στηρίξοι τῇ αὐτοῦ.

Εὐνόμιος.

Σαῖς λιταῖς, ὦ Παρθένε, ῥῦσαι τὸ σὸν ποίμνιον ἐκ τῶν αἰωνίων βασάνων, ἃς ἀσεβέστατα, ὡς ἐμπαθέστατος, πρὸς ἀπειλὴν ἐληρώδει συγγεγράφθαι πλάσματι μόνῳ Εὐνόμιος.

Ὠδὴ δ'. *Σύ μου ἰσχὺς, Κύριε, σύ μου καὶ.*

Εὐτύχης.

Ἡ Εὐτύχους αἵρεσις τοῦ νηπιόφρονος μίαν φύσιν ἔλεγε μεθ' ἕνωσιν ἐπὶ Χριστοῦ· σῶμα, ὦ Παρθένε, ὃ Κύριος προσελάβετο, μιᾶς ἡμῖν οὐσίας μὴ φρονῶν σὺν Σεβήρῳ· ὧν τὴν δόξαν ἡμεῖς διαπτύομεν.

D

Μάνης.

Χείρ σου σοῦ, ἄχραντε, Τέκνου με ἔπλασεν· ὃς καὶ κόσμον ὅλον συνεστήσατο· εἰ καὶ μανεὶς Μάνης τὰς διττὰς ἀρχὰς ἐπεισήγε, θεούς τε δύο ἐδίδασκεν· ἀγαθὸν μὲν τὸν ἕνα, πονηρὸν δὲ τὸν ἄλλον· καὶ τὴν κτίσιν αὐτοῖς συνεμέριζεν.

Ὁ αὐτός.

Οὗτος, ἀγνὴ, θόλιος, ὃς καὶ τὴν σάρκωσιν τοῦ Υἱοῦ σου εἴρηκεν ἐν σχήματι, οὐκ ἀληθῆ ταύτην οἰηθείς, καὶ παθεῖν δοκῆσαι αὐτὸν ἀθέως ἐδίδαξε, μίαν φύσιν εἰσάγων, τῆς θειότητος μόνης. Τῆς μανίας οὖν τούτου ῥυσθείημεν.

Ἀπολλινάριος.

Σῶμα Χριστοῦ ἄψυχον ἔλεγεν Ἀπολλινάριος [*int.*

'Αρειος], ὡς ἀρκούσης τούτῳ τῆς θεότητος ἀντὶ ψυχῆς· σπεύδων δολερῶς, ὅσα ἀνθρωπίνως ὁ Λόγος ἔλεγε ῥήματα, θεότητι προσάπτειν, ἵνα δείξῃ ἐλάττω τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, ὦ Παντάνασσα.

Ὠδὴ ε'. Ἵνατί με ἀπώσω ἀπὸ τοῦ προσώπου ; Ὠριγένης.

Ὑποδέχῳ κολάσει ὄντι αἰωνίᾳ με [*l.* μοι], Κόρη, βοήθησον. Τὴν γὰρ Ὠριγένους οὐ προσδέχομαι δόξαν διδάσκοντος χρονικὰ τυγχάνειν εἰς καθαρμὸν ἁμαρτημάτων τὰ ἐκεῖθεν φρικτὰ κολαστήρια.

Δίδυμος. Εὐάγριος.

Σὺν Διδύμῳ διδάσκει πάλιν ὁ Εὐάγριος ψυχῶν προϋπαρξίν, ἐκ τοῦ Ὠριγένους τὴν ἀλλόκοτον δόξαν δεξάμενος. Ἀλλ' ἡμῖν τὸ δόγμα τὸ εὐσεβὲς συντηρηθείη, σαῖς πρεσβείαις, Παντάνασσα, ἄτρωτον.

Οἱ αὐτοί.

Τῶν αὐτῶν ἐστι δόγμα αὖθις καὶ τοὺς δαίμονας ἀποκατάστασιν μέλλειν εἰληφέναι, καὶ ἀνθρώπων τοὺς ἄθεσμα πράξαντας, καὶ μετὰ ἀγγέλων ἀναπληρῶσαι τὴν ἑνάδα (1), ἣν μυθεύονται γνώμῃ κακόφρονι.

Ὠδὴ ς'. Ἱλάσθητί μοι, Σωτήρ.

Μαρκίων.

Ἀνάστασιν ἀσεβῶς νεκρῶν Μαρκίων οὐκ ἔλεγε· καὶ βάπτισμα δὲ τρισσὸν ἐδίδου τοῖς πίπτουσιν. Ἀλλ' ἡμεῖς ἓν βάπτισμα, καὶ ἀνάστασιν δὲ, Θεομῆτορ, δεδιδάγμεθα.

Ναυάτος.

Τὰς τρίβους μοι, ὦ σεμνὴ, κατεύθυνον πρὸς μετάνοιαν, ἣν ὁ Ναυάτος ἡμῖν ἠρνεῖτο τοῖς πταίουσιν καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα, ἀναξίως τοῦτο οἰηθεὶς φιλανθρωπίας Θεοῦ.

Ἐγκρατηταί.

Οἳς κλῆσις Ἐγκρατηταὶ τὸν γάμον ἀπαγορεύουσι· καὶ τῶν ἐμψύχων αὐτοὶ τὴν βρῶσιν βδελύττονται. Ἡμᾶς δὲ τοῖς δόγμασι τοῦ Υἱοῦ σου πάντας στερεώσαις, Μητροπάρθενε.

Ὠδὴ ζ'. Θεοῦ συγκατάβασιν.

Μασσαλιανοί.

Νοὸς κυριεύειν δὴ τοῦ τῶν ἀνθρώπων τὸν Σατανᾶν ἀσεβῶς, καὶ ἐν τούτοις οἰκεῖν δὴ ἐνυποστάτως Μασσαλιανοὶ φασι τῆς πονηρίας τὰ πνεύματα. Δέσποινα, Σαῖς δὲ λιταῖς, Κόρη, ὁ Θεὸς ἐνοικησάτω ἡμῖν.

Οἱ αὐτοί.

Πνευμάτων ἐνέργειαν τῆς πονηρίας τὸν Σατανᾶν

ris, cuique sufficeret divinitas in animæ locum; studens ipse dolose sermones quos humano more protulit Verbum, divinitati accommodare, ut Filium Patre minorem ostenderet, o omnium Regina.

Ode 5. *Quare me repulisti a facie?*

Origenes.

Sontem pœnæ æternæ, Virgo, adjuva me. Neque enim Origenis opinionem suscipio, qui terribilia inferni supplicia docet esse temporaria, ad purgationem delictorum.

Didymus. Evagrius.

Cum Didymo rursum docet Evagrius animarum præexsistentiam, ex Origene accepta absurda opinione. At nobis pium dogma conservetur illæsum, tuis intercessionibus, Regina omnium.

Iidem.

Eorumdem sententia est, rursum et dæmones restitutionem in pristinum statum accepturos, atque homines qui nefaria commiserint, cum angelis etiam completuros unitatem, quam insana mente fabulantur.

Ode 6. *Propitius esto mihi, Salvator.*

Marcio.

Resurrectionem mortuorum impie negabat Marcio; baptisma vero triplex lapsis dabat. Verum nos unum baptisma, pariterque ressurrectionem, Dei Mater, edocti sumus.

Novatus.

Semitas mihi, o veneranda, dirige ad pœnitentiam, quam Novatus nobis denegabat labentibus et post baptismum, hoc ratus præter dignitatem bonitatis Dei.

Encratitæ.

Qui nominantur Encratitæ, nuptias prohibent; iidemque animalium esum abominantur. Nos autem omnes in Filii tui decretis firma, Mater Virgo.

Ode 7. *Dei demissionem.*

Massaliani.

Menti hominum dominari Satanam, nec non in eis habitare personaliter spiritus nequitiæ, aiunt Massaliani; Domina. At supplicationibus tuis, Virgo, Deus habitet in nobis.

Iidem.

Quod pravorum Spirituum vim et operationem,

Variæ lectiones et notæ.

(1) *Τὴν ἑνάδα.* Sic ms. codice, pro quo Genebrardus interpres ἐννάδα, *novem ordines*. Ego ἑνάδα, scilicet famosam λογικῶν ἑνάδα, *rationalium unitatem*, quam præcipue proscribunt ac describunt cum Justino, Sophronio, Nostro in *Annalibus*, et Nicephoro, Canones synodi quintæ, a Lambecio editi l. VIII *De bibliotheca Vindobonensi ms.* 45, atque inter eos quintus, qui compositus est ex verbis Evagrii apud S. Maximum ad caput 6 *Ecclesiasticæ Hierarchiæ*. De cætero in recensione errorum Origeni, Didymo et Evagrio imputatorum, mutatio unius litteræ, Juris Græco-Romani p. 439, magnum errorem peperit. Docere perhibentur βαθμοὺς θεότητος, καὶ ψυχῶν προϋπάρξεις, καὶ μετεγγισμοὺς, καὶ κολάσεως καὶ δαιμόνων ἀποκατάστασιν. *Gradus Deitatis, et animorum præexsistentias et appropinquationes, et finem supplicii, et dæmonum in integrum restitutionem.* Tu redde litteram, quo veram lectionem habeas, μεταγγισμοὺς, transfusiones animarum in varia corpora.

ac Satanam, habitare in homine, simulque etiam Spiritum bonum, ii docent, per insipientiam miscentes ea quæ misceri nequeunt : ab eorum blasphemia libera nos, o bona.

Idem.

Garriunt athei, deteriora natura comitari mortales, ac proinde duas possidere animas : unam hominibus communem, alteram rursus cœlestem, Immaculata. Sed tu animæ meæ tribue, ut bona eligat.

Idem.

Aversantur, Domina, laborem manuum, velut qui fidelibus minime congruat : cum Paulus legem ferat, ut ne panem quidem manducent *qui nolunt operari*[1]. Præterea Spiritus sancti personam aiunt posse suscipi, quasi in sensu.

Ode 8. *Septuplo fornacem.*

Arius.

Prave sentiens Arius, non offerendum esse pro mortuis dictitabat. Neque enim ex hoc illos utilitatem ullam capere. Insane etiam aiebat, non esse jejunandum quarta et sexta feria. Idemque circa fidem cum Ario consentiebat. Omnium Regina, ab ejus impietate eripe me.

Paulus Samosatensis.

Ex impiis autem Pauli Samosateni dogmatibus, Dei Sponsa, gregem tuum eximе. Nam Filium qui initii expers est cum diceret esse verbum prolatitium, Deum vero opificem, Spiritum illo usum fuisse tanquam instrumento, male sanciebat, eumdemque illum e tuo utero accepisse principium.

Sergius. Pyrrhus.

Sacratissimorum doctorum decreta secuti, duas voluntates, duplicemque operationem Christi agnoscimus; sinimusque cum Sergio Pyrrhum ac ejusdem opinionis cæteros delirare, Dei Genitrix, qui insipienter dicunt carnem Domini expertem esse voluntatis, nec habere operationem.

Apelles.

Unicum principium prædicat quidem Apelles, o Regina omnium, unumque suprensum Deum confitetur; at rursus ait illum unum alterum creasse, quem et pravum mundi opificem fuisse constituit; cum ipse pravus sit, ingratique creatura, solo igne digna.

Ode 9. *Obstupuit cœlum super hoc, et terræ extrema consternata sunt.*

Leo Isaurus.

Venerandarum imaginum cultum prohibuit Leo Isaurus. Hic enim origo Iconomachorum factus,

[1] II Thess. III, 15.

τε ὁμοῦ συνοικεῖν τῷ ἀνθρώπῳ, διδάσκειν τούτους, καὶ Πνεῦμα τὸ ἀγαθὸν, ἐξ ἀφροσύνης μιγνύοντας ἄμικτα· τῆς βλασφημίας αὐτῶν ῥῦσαι ἡμᾶς, ἀγαθή.

Οἱ αὐτοί.

Ἀαλοῦσιν οἱ ἄθεοι τὰ χείρω φύσει παρομαρτεῖν τοῖς βροτοῖς· καὶ πρὸς τοῦτο δὲ δύο ψυχὰς κεκτῆσθαι, τὴν μὲν ἀνθρώποις κοινὴν, τὴν δ' αὖ ἐπέραν οὐράνιον, ἄχραντε. Σὺ δὲ ψυχῇ τῇ ἐμῇ δίδου αἱρεῖσθαι καλά.

Οἱ αὐτοί.

Ἐκτρίπονται, Δέσποινα, τὴν ἐργασίαν τὴν τῶν χειρῶν, ὡς πιστοῖς μὴ ἁρμόζουσαν· Παύλου νομοθετοῦντος μηδὲ ἐσθίειν ἄρτον. Δυνατὸν δὲ τοῦ Πνεύματος δέξασθαι, ὡς ἐν αἰσθήσει φασὶ, καὶ τὴν ὑπόστασιν.

Ὠδὴ η'. *Ἑπταπλασίως κάμινον.*

Ἄέτιος [*l.* Ἄρειος].

Κακῶς φρονῶν Ἄέτιος μὴ δεῖν προσφέρειν ἔλεγεν ὑπὲρ τεθνεώτων· μηδεμίαν ὄνησιν ἐκ τούτου καρποῦσθαι γάρ· μηδὲ νηστεύειν ἔφασκε δεῖν ἐν τετράδι τε καὶ τῇ ἕκτῃ ἀφρόνως. Ἀρείῳ περὶ πίστιν καὶ αὐτὸς ἦν ὁμόφρων. Παντάνασσα, τῆς τούτου ῥῦσαί με ἀσεβείας.

Παῦλος Σαμοσατεύς.

Ἐξ ἀσεβῶν δογμάτων δὲ τῶν τοῦ Παύλου, Θεόνυμφε, τοῦ Σαμοσατέως, ἐξελοῦ τὴν ποίμνην σου. Υἱὸν τὸν προάναρχον προφορικὸν γὰρ λόγον (2) εἰπὼν, καὶ δημιουργὸν δὲ τὸν Θεὸν, κακῶς Πνεῦμα κεχρῆσθαι ὡς ὀργάνῳ ἐδογμάτιζε τούτῳ, ἐκ τῆς σῆς ἐλπηφέναι ἀρχὴν τοῦτον νηδύος.

Σέργιος. Πύῤῥος.

Ἱερωτάτων δόγμασι διδασκάλων ἑπόμενοι, δύο τὰς θελήσεις καὶ διπλῆν ἐνέργειαν Χριστοῦ ἐπιστάμεθα· σὺν τῷ Σεργίῳ Πύῤῥον λῆρεῖν, καὶ τοὺς ὁμοδόξους, Θεοτόκε, ἰῶντες, τοὺς λέγοντας τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου ἀφρόνως ἀθέλητον ὑπάρχειν, ἐνέργειαν μὴ ἔχειν.

Ἀπελλῆς.

Μίαν ἀρχὴν κηρύττει μὲν Ἀπελλῆς, ὦ Πανέπνασσα· ἕνα τε Θεὸν ὁμολογεῖ ἀνώτατον· τὸν ἕνα δ' ἕτερον πεποιηκέναι αὖθις, φησὶν ὃν ὡς πονηρὸν δημιουργὸν γεγενῆσθαι τοῦ κόσμου δογματίζει· πονηρὸς ὢν ἐκεῖνος, ἀχάριστόν τε κτίσμα, πυρὸς ἄξιον μόνον.

Ὠδὴ θ'. *Ἔξέστη ἐπὶ τοῦτο ὁ οὐρανὸς, καὶ τῆς γῆς κατεπλάγη.*

Λέων ὁ Ἴσαυρος.

Εἰκόνων τὴν προτίμησιν τῶν σεπτῶν ἀπεκώλυσε Λέων ὁ Ἴσαυρος· οὗτος· ἀρχὴ τῶν Εἰκονομάχων γὰρ

Variæ lectiones et notæ.

(2) *Προφορικὸν λογον.* Ex Mario Mercatore, p. 166, προφορικὸν καὶ ἐξουσιαστικὸν (ita quippe castigandum) λόγον καὶ ἐνεργητικὸν, id est *prolativum potestatis, effectivum verbum*, p. 30; *prolatitium potentiæ Dei, efficax*, p. 144, 165, *prolativum atque imperativum.*

γεγωνὼς, σὸν χαρακτῆρα πάντιμον, καὶ τὸν τοῦ Υἱοῦ σου τὸν τῆς σαρκὸς κατάπτα, Θεονύμφε, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἐξ ἀσεβείας ἧς ῥυσθείημεν.

Βογόμιλοι.

Λαὸν ὃν ἐλυτρώσατο σὸς Υἱὸς, βδελυρᾶς ῥῦσαι, Κόρη, αἱρέσεως νεοφανοῦς, τῆς τῶν Βογομίλων· οἵπερ φασὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα μὲν μόνου πλάσμα εἶναι τοῦ πονηροῦ· ψυχὴν δὲ αὖ τυγχάνειν Θεοῦ ἐπουρανίου· κοινὸν δὲ ἀμφοῖν Θεὸν οὐ λέγουσιν.

Οἱ αὐτοί.

Οὐκ εἶναι δογματίζουσι τὸν Υἱὸν, οὐδὲ Πνεῦμα ἀρχῆθεν τὸ ἅγιον· ὕστερον δὲ γέννημα Πατρὸς γενέσθαι Υἱόν· Υἱοῦ δὲ αὖθις γέννημα Πνεῦμα τὸ πανάγιον· σφαλερῶς. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὰ ἄρια συνάναρχα νοοῦμεν καὶ προσκυνοῦμεν, Θεονύμφευτε.

Ἰταλοί.

Σκέπασαις, ὦ Παρθένε, ποίμνην τὴν σὴν, καὶ δεινῆς ἀποστήσαις αἱρέσεως τῶν Ἰταλῶν, δύο μὲν ἀρχὰς ἐπὶ τῆς μιᾶς δογματιζόντων φύσεως, Πνεύματος διττὰς δὲ τοῦ παντουργοῦ λεγόντων ἐκπορεύσεις, ξένως καὶ ἀσυνήθως· ὧνπερ τῆς πλάνης ἡμᾶς λύτρωσαι.

A tuum characterem omni honore dignum, illumque Filii tui, in carne videlicet, et omnium sanctorum, dilaceravit, Deipara. A qua impietate liberemur.

Bogomili.

Populum quem redemit Filius tuus, Virgo, tuere ab exsecranda hæresi recens orta, Bogomilorum: qui quidem docent hominis corpus solius mali opus esse; at vero animam, cœlestis Dei; communem autem utriusque Deum non agnoscunt.

Iidem.

Nec Filium nec Spiritum sanctum ab initio esse docent; sed postea Patris genituram fuisse Filium; rursus autem Filii sanctissimum Spiritum genituram; falsa sententia. Nos porro tria pariter initii expertia cognoscimus et adoramus, o Sponsa Dei.

Itali.

Protege, Virgo, ovile tuum, atque averte a gravi hæresi Italorum, qui in unica natura duo principia decernunt, duasque Spiritus sanctorum opificis processiones ponunt, absurde ac nove; a quorum errore nos libera.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΓΕΓΟΝΟΤΟΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΔΡΟΥΓΓΑΡΙΟΥ ΤΗΣ ΒΙΓΛΑΣ ΚΑΙ ΠΡΩΤΟΣΕΚΡΗΤΟΥ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

ΤΩΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΜΩΝ ΚΑΝΟΝΩΝ ΤΩΝ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

περὶ κανόνος καὶ εἱρμοῦ καὶ τροπαρίου καὶ ᾠδῆς.

Εἴρηται δὲ πρότερον μὲν συνοπτικώτερον, εἶτα καὶ πλατυκώτερον.

JOANNIS ZONARÆ

QUI FUIT MAGNUS DRUNGARIUS VIGILUM ET PROTOASECRETIS,

EXPOSITIO CANONUM ANASTASIMORUM DAMASCENI

De canone, hirmo, troparío et oda.

Primo quidem per compendium, deinde fusius tractatur.

(*Mai, Spicil. Rom. tom. V.*)

Ἐπεὶ κανόνων ἑρμηνεία ἐστὶ τὸ παρὸν σύνταγμα, χρὴ καὶ περὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ κανόνος, καὶ τὴν τοῦ εἱρμοῦ καὶ τῆς ᾠδῆς κλῆσιν, ἔτι δὲ καὶ τοῦ τροπαρίου, ἐκ τούτων γὰρ ἀπαρτίζεται ὁ κανὼν, φιλοσοφῆσαι ἡμᾶς· ταῦτα δὲ τὰ ὀνόματα οἱονεὶ τεχνικὰ

« Incipit ab ipsa Vigla, et procedit versus orientem. Tenet embolum et que versus septemtrionem et meridiem sunt cum solariis habitacula, et procedit usque ad fornicem conjunctum muro hospitalis sancti Marciani, comprehendens et loca, in quibus stant octo numulariorum tabule. Ascendit paululum versus meridiem ab ipsa Vigla. Tenet ad modicum et aliud embolum, et pervenit usque ad primum fornicem ejusdem emboli, comprehendens triclinarium altum domicilium Mili. Versus orientem ejusdem emboli secundum duas partes humilem domunciullam cum aclini tecto ejusdem monasterii, et que in equalli hujus est, modicam curiam, que dicitur Aristini, et habet longitudinem brachiorum octo cum dimidio, et latitudinem septem cum tercia. Preter ea, que sunt versus orientem habitacula diacone (21) Precursoris, debentibus obturari januis hujusmodi habitaculorum, que educunt in manifestam curiam. Versus aquilonem tria ergasteria cerulariorum. Ycanati duas stationes, in quibus panes venduntur, et loca tabularum duarum nummulariorum ejusdem monasterii Mili. Incipit rursum ab ipso fornice predicti hospitalis; tenet publicam viam, que versus occasum est ejusdem hospitalis, et progreditur usque ad portam, que est juxta parvum templum Precursoris. Exinde rursus dimittens premonstratam portam quasi versus orientem transit per murum civitatis, et pervenit usque ad semitam, que dividit jura monasterii Akymitero (22). Exinde ascendit modicum versus meridiem, tenens eandem publicam semitam, habentem in latitudine brachia tria, et, ut dictum est, dividentem mansiones monasterii Akymitero, et perveniens usque in finem domicilii ecclesie Perivlevti (23), ita ut a muro civitatis per equalitatem ejusmodi semite usque ad finem domicillii sint brachia viginti sex. Flectitur versus orientem, tenens murum ecclesie sancti Nicholai, relinquens a dextris quidem monasterium sancti Nicholai, a sinistris vero domicilium monasterii Berivlevti, et progrediens usque ad alteram semitam versus orientem muri sancti Nicholai. Rursus flectitur et ascendit parumper versus meridiem eandem semitam, et ascendit versus orientem, dividens domicilia sancti Nicholai, a sinistris pistoricum ergasterium sancti Marciani, quod est junctum mansionibus sancti Nicholai. Supergreditur rursus aliam tertiam semitam, et pervenit usque ad aque cursum, que a Vigla descendit, relinquens a dextris alia habitacula sancti Nicholai, a sinistris domicilium sancti Marciani et pensionales domos monasterii Parakymomeni. Iterum progreditur versus meridiem, comprehendens vacuum locum ejusdem monasterii Parakimomeni, qui versus orientem jacet domorum sancti Nicholai, et procedit et regreditur usque ad Viglam, unde et incepit, dimittens quidem a dextris domos monasterii sancti Marci, a sinistris vero aque cursum. Ejusmodi determinationis spatio comprehenduntur ea, que sunt versus orientem aque cursus, descendentis a Vigla versus portam Canavuci, habitacula et vacuus magnus locus, qui usque ad publicam viam versus occidentem progreditur sancti Marciani a muro civitatis et usque ad embolum, per presens chrysobulum verbum datum. Et ea, que sunt versus occidentem aque cursus a muro civitatis, qui in equali semite est, dividentis jura monasterii Akimiton, et usque ad domos sancti Nicholai et sancti Marci, cum parvo vacuo loco monasterii Parakymomeni. Et simpliciter omnia, que inhabitantur et que non inhabitantur, habitacula et vacua loca, in predicto spatio conprehensa. Adhuc cum his comprehenditur et que est in littore scalla sancti Marciani, que bodie a Chrysiobasilio possidetur, cum universa ejus comprehensione et continentia, et que in ea sunt domibus et ergasteriis.

« His sic ab imperio nostro donatis per presens chrysobulum verbum celsitudinis nostre, exceptis proximantibus his donatis, portis videlicet, muris et cortinis murorum civitatis, habebunt Venetici hec, devotionem et fidem, quam imperio nostro debent, servantes, secundum quod et per ea que prius adepti sunt chrysobula hanc servare conentur (24), cujuscunque juris sint, sive ecclesiastici juris sive rei publice sive private sive sancte domus vel monastice, nulla accione locum exercendi habente contra eos gracia horum. Si vero quispiam forte infestationem eis induxerit gracia convincendi aut auferendi quicquam eorum, que eis, ut dictum est, data sunt inremissibiliter multabitur a secreto epi ton ykiacon (25) in decem libris auri, firmo et rato existente presente chrysobulo verbo clementie nostre, facto mense Marcio indictionis undecime sex millesimi sexcentessimi quinquagessimi sexti (26) anni, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium. »

Hanc igitur Veneticorum deprecationem imperium nostrum nequaquam abiciens, confirmat sic continens chrysobulum verbum inter imperatores

(21) Lege : *diaconi*.
(22) Lib. Pactorum *Acymitorum*, i. e. τῶν Ἀκοιμήτων.
(23) Τῆς Περιβλέπτου.
(24) Editores conjiciunt : *tenentur*.
(25) Ἐπὶ τῶν οἰκειακῶν.
(26) Numerum *sexti* editores supplevcrunt. Recte.

semper memorandi patrui celsitudinis nostre, domini Manuelis, per presens chrysobulum verbum, et jubet intactum hoc manere et inviolabiliter in omnibus, que precipit, dans et concedens Veneticis, habere et rursus que in ipso notificantur domos sine mutilatione secundum ipsius comprehensionem, ut ab imperio nostro ipsis datas. Super hoc enim et presens chrysobulum verbum clementie nostre factum est, firmum et ratum permanere de- A bens, quousque et Venetici conservabunt sine fraude et malo ingenio ea, que per conventionem et sacramentum imperio nostro debent.

Factum mense Februario quinte indictionis sex millesimi sexcentesimi nonagessimi quinti anni, in quo et nostrum a deo promotum subsignavit imperium.

ISAACIUS in Christo deo fidelis imperator et moderator Romanorum Angelus.

V.

PACTIO CUM VENETIS [27]. (A. 1187.)

Oportuit equidem et Venetie revocationem et in Romaniam et in pristinam unionem, quam cum ea habebat, reversionem et restitutionem, sepe quidem excogitatam, diversis vero occasionibus impeditam et in diebus inspectam nostre pie tranquillitatis, quam deus, interpositum inimicitie deponens parietem, tam prope quam longe existentibus tanquam pacis angelum misit, nunc pro fine (28) accipere, profecto ad utilitatem quidem Cristianorum, minime autem ad incommodum Romanie ut imperium nostrum confidit. Nam et aliis temporibus celsitudinis nostre antecessoribus Venetici servientes utiles Romanie apparuerunt, devocionem ei maximum in necessariis temporibus exibentes, et ei nunc melius servicium pollicentes, sic ipsum sacramento et convencione imperio nostro corroborantes:

« Non est conjuncta Venetia, nec unquam conjungetur alicui coronatorum vel non coronatorum, sive gentium vel nationum alicui contra imperium domini imperatoris Romanorum et semper augusti C domini Ysaaki Angeli, donec vixerit, vel heredum ejus masculorum vel feminarum, qui vel que imperabunt, vel illorum, qui ex precepto eorum imperabunt, ad nocendum Romanie particulariter vel universaliter; nec per se unquam ei nocebit.

Item, quocienscumque principum aliquis coronatorum vel non coronatorum, vel gentium aut nationum aliqua contra Romaniam venit offendendum eam cum galeis quadraginta vel pluribus, usque ad centum (29), et indiget Imperium ejus vel heredes ejus mares vel femine, qui vel que imperabunt, vel illi, qui ex precepto ejus imperabunt, servitio Veneticorum cum galeis quadraginta et usque ad centum, debent illud habere infra menses sex post datam noticiam Duci ab imperio eorum Venetie. Hujusmodi vero galee debent Venetie fieri et parari a Veneticis cum universo apparatu earum per peccuniam illuc missam ab imperio eorum, vel inventam ibi a parte celsitudinis eorum, Veneticis dare debentibus homines aptos, ut unusquisque eorum presit preparationi quinque gallearum; qui et jurare debent, quod facient eas bene fieri ut unam quamque earum centum quadraginta fore romatorum (30) et cum omni apparatu earum, cum celeritate et sine fraude, secundum quod facerent eas fieri, si galee B essent Venetie, aut si cum peccunia fieri deberent Venetie. Et unusquisque eorum debet accipere de vestiario domini imperatoris liberalitatis gracia yperpera sexaginta.

Item comites hujusmodi galearum debent jurare super sancta dei evangelia, quod in una quaque earum erunt centum quadraginta homines, si tot hominum roga eis data fuerit, exceptis moventibus (31) et sine noticia eorum aufugientibus. Verum tamen comites festinabunt, bona fide recuperare datam eis rogam; et si eam recuperare possunt, inducent alios pro eis in galeas eorum, vel reddent eam homini domini imperatoris.

Item jurabunt comites, quod universum apparatum ipsis traditum conducent ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli. Homines autem galearum talem debent rogam accipere, qualem Venetici apud Coryphum accipiebant.

Item et, si imperium eorum voluerit in numero hujusmodi centum galearum servitium Veneticorum in tota Romania inventorum, debet illud habere cum tot scilicet galeis, quot armari poterunt de inventis Venetis, ex quatuor tribus in galeas inductis secundum numerum inventorum Veneticorum cum et manifesta roga. Verumtamen non cogentur galleas ingredi viginti annorum homines et infra, neque sexaginta annorum et ultra.

Stolus autem noster capitaneum vel capitaneos Veneticos debet habere, qui et jurare debent, quod D conducent eum ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli bona fide et sine fraude usque ad stolum celsitudinis eorum. Et si stolus noster, antequam imperii eorum stolo uniatur, aliquem stolum inimici imperii eorum invenerit, et eum offendere vel expugnare voluerit, faciet sic sine fraude et malo ingenio aliquo. Postquam vero

(27) Post. Marin l. I. III, p. 282 ex libro albo et libris pactorum ediderunt Tafel et Thomas l. l. I, p. 195-205.

(28) I. e. εἰς τέλος vel διὰ τέλους. Marin : *per finem.*

(29) Verba *usque ad centum* hoc loco expungenda esse videntur. Habentur tamen etiam infra Nov. XI.

(30) Libri pactorum, *remotorum*; Marin : *remigalorum.*

(31) Marin, *morientibus.* Sic infr. Nov. XI.

stolus noster stolo imperialis celsitudinis unitus fuerit, debent numerari homines, qui in galeis erunt, a capitaneo stoli imperii eorum, si ipse voluerit : et inventi quidem erunt in servitio celsitudinis eorum; absentes vero bona fide festinabunt reperire, si possunt, numerumque supplere. Insuper capitaneus vel capitanei nostri stoli et comites et nauclerii et prodenses et decemviri de unaquaque galearum jurabunt, quod precepto capitanei stoli imperatorie majestatis obedient ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli, sine fraude et malo ingenio; et quod una cum stolo imperii eorum persequentur stolum inimici majestatis eorum, sive Cristiani sint sive pagani, et lædent et expugnabunt eum et expellent, inferentque ei malum quod poterunt, bona fide, sine fraude et malo ingenio, et impugnabunt eum, quousque et stolus imperatorie sublimitatis eum impugnabit bona fide et sine fraude. Et si aliquam terrarum inimici imperii eorum ceperint, debemus in ea habere ecclesiam, embolum et scalam, et conversari sine omni datione. Verumtamen stolus celsitudinis eorum debet tantus esse, quantus et noster est, vel amplior. Postquam vero hujusmodi servitium imperii eorum peregerint, debent de galeis egressis Venetia tot ad suam habere reversionem, quot eis necessarie erunt convenienter et sine fraude, bona fide.

Item, postquam hujusmodi galee Venetiam pervenerint, si imperium eorum voluerit eas iterum a Veneticis in Romaniam reduci, reducentur; et unusquisque eorum, qui eas reducent, debet habere pro mercede id, quod fuerit conveniens secundum tempus. Si autem imperatoria celsitudo per alias personas vel per aliam aliquam dispensationem voluerit hujusmodi galearum reversionem fieri in terram imperii eorum, fiet et hujusmodi earum reversio licite. Et si voluerit eas Venetie custodiri, custodientur ad honorem imperii eorum, ac si essent proprie Venetie, sed tamen cum imperiali expensa.

Item, si ob aliquod gravamen nequiverint hujusmodi galee secundum præfixum terminum venire Venetia, debent in servitium stoli imperii eorum ingredi omnes inventi in Romania Venetici, de quatuor tres, secundum quod superius statutum est, cum et manifesta roga.

Item, si imperio eorum expedit auxilium ad deffensionem terre celsitudinis eorum ob aliquem inimicorum in Romaniam ingressurum cum galeis quadraginta vel pluribus, et nequiverit Venetiam mittere pro adjutorio, debet imperatoria celsitudo inducere ad deffensionem terre imperii eorum contra hujusmodi inimicum Veneticos, in magna urbe videlicet et circha eam existentes versus ortum et versus occasum, et ab ea usque Avidum et in eadem civitate similiter inventos, nec non et in terris, que infra sunt usque Phyladelphyam et in ipsa civitate, et usque Adrianopolim et in ea similiter existentes, de quatuor tres, cum tot scilicet galeis, quot armare poterunt, inventi secundum supradictum ordinem, cum et manifesta roga.

Tali itaque modo talique ordine jurabunt (32) et defendent Romaniam Venetici contra omnem hominem coronatum et non coronatum, et contra omnem gentem, volentem ledere eam, secundum quod superius ostensum est, salva tamen concordia, quam cum nobilissimo rege Alemannie habent, quousque dissoluta non fuerit : postquam vero dissoluta fuerit, debet eadem et contra regem Alemannie facere pro imperio eorum et Romania; et salva conventione interventione inter Veneticos et nobilissimum regem Sicilie Vilielmum facta, que protenditur usque in annos septem et menses novem, computandos a principio Januarii mensis presentis sexte indictionis. Verumtamen et contra regem Sicilie, quandocumque ipse argumentabitur offendere Romaniam infra annos conventionis inter eos facte, venient Venetici infra quatuor menses post datam de hoc noticiam duci ab imperio eorum Venetie ad adjuvandum Romaniam et defendendum eam cum galeis quindecim bona fide. Verumtamen de galeis et roga debet fieri, secundum quod superius dictum est.

Item, si imperium eorum voluerit homines aut vestiaria Venetiam mittere gratia conducendi milites a Lombardia vel ab alia terra, et dispensandi ea, que ad honorem et utilitatem terre spectant celsitudinis eorum, licite faciet hoc, si hoc non est contra Venetiam. Homines autem Venetie debent homines et vestiaria sublimitatis eorum recipere, et defendere et homines et peccuniam ab omnibus inimicis. Verumtamen imperium eorum non debet Venetia educere stolum vel exercitum contra aliquem, cum quo Venetici habeant unionem et amorem.

Item, si imperatoria celsitudo voluerit milites in Romaniam transducere per Venetiam, licite faciet et hoc, nisi ipsi manifesti inimici Venetie fuerint, aut Venetia impedita fuerit. Nam transacto impedimento licebit transire, sive soli fuerint, sive cum familiis. Talia igitur servitia debent Venetici imperio eorum et Romanie facere, nisi ab aliqua coronatarum personarum vel magnarum terrarum manifestam inimicitiam habeant, adeo quod ipsi servitium facere nequeant, sine fraude et malo ingenio.

Item duces Venetie, qui per tempora erunt, jurabunt, quod imperio ejus et heredibus ejus masculis et mulieribus, qui et que imperabunt, vel hiis, qui ex præcepto eorum imperabunt, fidelitatem. . . debebunt (34) Venetie, secundum

(32) Idem : *jurabunt*.

(33) Malim *intervenia*, Græca dictione. Marin *interveniente*.

(34) Hunc locum haud dubie lacunosum sic explet Nov. XI infra : « fidem servabunt etiam eam contra omnem hominem coronatum et non coronatum, salvo eo quod per juramentum debent Venetie. »

quod nunc dux Venetie. Aureus magistro Petrus, juravit.

Debitores fisci et Romeorum reddent omnia que ex debito debent. Et si debitor non habet, unde debitum reddat, debet creditor habere justitiam de debitore; si autem his obierit, de heredibus ejus.

Item, si inimicus imperatorie celsitudinis supervenerit ad impugnandum terram imperii eorum, in qua Venetici sunt, debent ipsi defendere eam, et inimicum expellere ab hujusmodi terra, velluti possunt, bona fide et sine fraude.

Hanc itaque conventionem firmam et sacramentum firmum Venetici observabunt, et neque ob illatam eis iram semper memorandi imperatoris porphyrogeniti domini Manuelis, neque ob aliquam aliam occasionem eis factam hujusmodi sacramentum infriugent, neque ob preceptum, vel timorem alicujus coronatorum vel non coronatorum, neque ob ecclesiasticam excommunicationem vel absolutionem alicujus pontificum, aut ipsius pape Romani. Igitur hec omnia Venetici observabunt bona fide et sine fraude, quousque et ab imperio ejus et futuris imperatoribus integre conserventur ea, que promittuntur nobis a domino imperatore Romanorum et semper augusto domino Ysaakyo Angelo per chrysobulum imperii ejus.

Hec quidem sunt, que Venetici imperio nostro et Romanie per conventionem spoponderunt. Quoniam vero et per juramentum hec eadem manifestus videlicet dux Venetie et manifesti Venetici confirmaverunt, imperii nostri clementia hujusmodi eorum conventionem juramento corroboratam benigne recipiens, in pristinam unionem, quam cum Romania habebant, eos restituit. Et renovans chrysobula eis facta ab inter imperatores semper memorando imperatore et patruo imperii nostri, domini Manuelis Comnani (35), promittit per suum chrysobulum verbum, eos conversari in universis terris nostre pie tranquillitatis per terram et per mare absque omni datione secundum comprehensiones hujusmodi chrysobulorum, et fore salvos et intrepidos in personis et peccuniis eorum tam ab hominibus imperii nostri quam ab ipso imperio nostro, et habere omnes districtus, quos habebant tempore illate eis ire semper memorandi imperatoris et patrui imperii nostri domini Manuelis Comnani, ipsisque Veneticis reddi et omnes res eorum, que in palatiis et monasteriis fuerunt, et que in vestiarium intraverunt et alia loca scripto et non scripto. Set et pro rebus, que manifeste non reperientur, dabit serenitas imperii nostri homines sufficientes, eisque precipiet, quatenus res Veneticorum studiose querant et reperiant, ac si de vestiario imperii nostri ablate essent. Qui et jurare debent, quod secundum preceptum imperii nostri studebunt invenire et accipere hujusmodi res ad honorem clementie nostre et utilitatem Veneticorum. Et si aliquid de hiis venditum est, et dixerit Veneticus fraudulenter illud fore venditum, jurabit ille qui vendidit, quod bona fide rem Venetici vendiderit et pro tanto, quanto eam vendere quivit, et quod nec plus inde acceperit nec accepturus est, nisi quantum dixit, si propinquus imperii nostri non fuerit. Veruntamen et de propinquis celsitudinis nostre et de aliis debet fieri cauta justitia, secundum quod deberet fieri pro rebus ablatis de vestiario nostro imperii nostri.

Item et, si pro servitio, quod imperio nostro facient vel imperaturis secundum quod dictum est, supervenerit eis inimicitia a coronata persona vel a magna gente, debet imperium nostrum vel imperaturi per tempora eos juvare, secundum quod juvare deberet unam de magnis Romanie civitatibus, excepto, si pro quindecim galeis, quas imperio nostro dare debent infra tempus pacis, quam cum nobillissimo rege Sicilie Vilielmo habent, eis supervenerit. Nam si pro jam dictis galeis inimicitia eis evenerit, debet imperii nostri serenitas eos juvare secundum suam voluntatem. Et si imperium nostrum vel imperaturi, secundum quod dictum est, fecerit pacem vel treuam cum aliquo inimicorum, contra quem Venetici imperio nostro servient, debet imperium nostrum eos introducere in hujusmodi pacem vel treuam. Et si stolus celsitudinis nostræ una cum Veneticorum stolo aliquam terrarum inimici imperii nostri ceperit, debent in ea habere Venetici ecclesiam, embolum et scalam, et fore absque omni datione. Debitores vero Veneticorum Romei debent persolvere omne, quod ex debito debent creditoribus Venecticis. Si autem debitor non habuerit, unde debitum persolvat, habebit justiciam Veneticus de Romeo; si vero ipse decessit, de heredibus ejus.

Conservabuntur igitur hec firma ab imperio nostro et ab heredibus, ut dictum est, et successoribus imperii nostri, quousque et a Veneticis firmiter et sine fraude et malo ingenio conservantur superius notificata. Super hoc enim et presens chrysobulum verbum imperii nostri eis collatum est, firmum et inviolabile permanere debens.

Factum mense Februario presentis quinte indictionis sexmillesimi sexcentesimi nonagesimi quinti anni, in quo et nostrum pium et a deo pronotum subsignavit imperium.

Ysacius in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romanorum Angelus.

(35) Lege : *domino Manuele Comnano.*

VI.

PACTUM CUM VENETIS DE DAMNIS RESARCIENDIS [36]. (A. 1189.)

Confirmata equis est jam conventionibus scriptis, per sacramenta corroboratis a nobilissimo et imperii nostri fidelissimo duce Venetie, Aurio magistro Petro, qui dignitate protosevasti a nostra sublimitate decoratus est, et ab universa Venetie plenitudine imperio nostro et Romanie, fides et servitium Veneticorum nichilque deest eorum inviolabilissime securitati. Quoniam vero oportunum erat, Venetie satisfieri in his, que a nostra serenitate ei promissa sunt, videlicet in redditione rerum, que Veneticis ablate fuerunt tunc, cum a semper memorando imperatore et desideratissimo celsitudinis nostro patruo, domino Manuele Comneno, capti fuerunt, et exhibitione centenariorum quatuordecim yperpeporum, que ultra eam ipsis promissa sunt ob causam, que in crisobulo pro hiisdem edito notificantur, ob quos (37) et unum yperperorum eis preimpensum est. Quippe et nuntii ad nostram clementiam missi sunt : primo quidem Petrus Michael, Octavianus Quirinus et Johannes Michael, conventionem suam, quam imperio nostro et Romanie fecerunt, juramento corroboratam equidem offerentes, et que ipsis promissa sunt per chrysobulum, ut dictum est, exigentes : deinde vero sonori (us) nobilissimi et imperio nostro fidelissimi ducis Venetie Petrus Cornarius et Dominicus Memmus, procurator ecclesie sancti Marci, injunctum profecto habentem (38) agendi simul cum precedentibus; reppererunt quidem clementiam nostram ipsorum pectitioni annuentem, et ad perfectionem eorum, que ab ipsis postulantur, paratam. Verum universalis annulatio et perditio rerum, que ablate ipsis fuere, voluntati bone serenitatis nostre, quam erga ipsos clementia nostra habebat, impedimento equidem stabat. Ideirco nostra serenitas illos imitata viatores, qui a via, ducente ad id quod volunt diversorium, modicum declinantes, quando quidem sic casu, que recte vie sunt, prospere eis non jacent, per aliam viam ad idem pervenire coguntur, et ad eundem finem deveniunt, quamquam per aliam viam; et ad verba veniens cum jam dictis legatis pro rerum eorum inventione, quia in possibili eam jacentem nequaquam comperiebat, alium modum eis precipit reperire, per quem talio eis fiat rerum eorum, que ceu superius notificatum est ex promissione reddi quidem debebant, non autem reperiebantur, et ob hoc suam redditionem inter impossibilia ponebant. Ipsi autem multum habentes studium, sue terre proficuum invenerunt. Et habundanter nostre supplicant serenitati super his, que ad restaurationem sibi fieri volunt, et parti Venetie dari poscunt per embolum et per pensionalia et scalas maritimas, embolo pridem ab hiis habito adjacentes, annuum introitum librarum yperperorum quinquaginta.

Et nostra pia tranquillitas hujusmodi eorum peticionem nullo modo renuit. Quemquam enim grave celsitudini nostre videtur, latitudinem infra magnam urbem gentibus exhibere; verumtamen, quia non ut alienigenas, immo ut aborigines Romanos genus Veneticorum nostra serenitas reputat, tantumque pro Romania dolent, quantum et ipsi Romani, tantamque erga eam habent devotionem, quantam et erga terram, que eos emisit, non eis tantum, quantum Romanie donandum esse videtur, quantumcumque eis largiatur? Quapropter et nostra clementia jubet per presens chrysobulum verbum, habere Veneticos universa alia, que a nunciis eorum postulata sunt, ipsosque embulos Allemanorum et Francigenarum et maritimas eorum scalas, que in presentia grammaticorum nostre serenitatis, Constantini Pediadite et clarissimi protonobilissimi Nichite Valanite, ab sodesimotato Constantino Petriota per practicum eis tradita sunt; quod debet corroborari quidem per superscriptionem pansevasti et nostre sublimitati familiaris archicancellarii, domini Johannis ducē; cognitum autem fieri et congruis secretis cum presente chrysobulo imperii nostri. Quorum equidem omnium annuus introitus quinquaginta libris constat yperpepororum, secundum quod ex tradicionis istorum practico composito patet. Quamvis enim et per chrysobula verba manifesti embuli cum maritimis scalis Allemannis et Francigenis collati sint; veruntamen, quia non toti genti Allemanorum et Francigenarum, sed paucis quibusdam extoribus et maxime incognitis, nec determinatam quantitatem aliquam servitio Romanie imponentibus, sed tanquam quantam casu pervenit(39), hujusmodi beneficium Romanie factum fuit, quoniam multum quidem est lucrum sic embolos et scalas habentibus, modicum autem est proficuum ex eis Romanie proveniens : convenienter servitium ex universitate gentis Romanie proveniens servitio paucorum et ex dispersione congregatorum nostra excellentia pretulit. Et vacationem quidem crisobulum eorum irrogat; embulos vero eorum et scalas Veneticis confert, concedens possidere ipsos tam omnia alia, quam et hujuscemodi embolos, secundum quod et eum quem nunc habent embolum, quousque erga imperium nostrum et Romaniam suam conventionem inviolatam custodiunt nunc existens nobilissimus dux Venetie et post eum futuri duces Venetie et universa ejus plenitudo, nec non et omnia, que per conventionem

(36) Post Marin III, p. 504, ex libro albo et libris pactorum ediderunt Tafel et Thomas I, p. 208-211.

(37) Editores conj. *ob quod*.

(38) Iidem conj. *habentes*. Recte.

(39) Lib. pact. et Marin *provenit*, non male.

ab hiis promissa sunt et jurejurando corroborata, conservant; et omnem introitum eorum accipere, nequaquam a fisco vel ab aliqua personarum, quibus hec attinent et quibus hec ablata ipsis dantur, infestationem aliquam manifestis Veneticis subire debentibus, quamquam monasteria sint sive sancte domus aut imperio nostro propinque vel alie; quoniam clementia nostra introitus de his provenientes talionem (40) eis factura est, possessionemque insediliosam Veneticis facit.

Porro serenitas nostra benignitatem, quam eis exhibuit, nequaquam hucusque statuit, immo et alium centenarium unum yperperorum eis largitur ultra ante datum eis centenarium unum yperperorum et residua quatuordecim centenaria yperperorum; de quibus duo quidem cum dimidio extemplo jam eis dari precepit (quippe et data sunt), reliqua vero duodecim cum dimidio eis dari per annos sex, debente eis per unumquemque annum dari quantitate proporcionali. Et accipient equidem hec XII sic. Erunt autem et tradita ipsis omnia possidentes, ut dictum est, quousque ea, que per conventionem prespoponderunt et juramento confirmaverunt, nunc existens nobilissimus dux Venetie et post eum futuri duces Venetie et universa ejus plenitudo custodiunt, servant quoque firmiter et que a legatis eorum, sororio scilicet nobilissimi ducis Venetie, Petro Cornario, Petro Michaele, Octaviano Quirino, Johanne Michaele et Dominico Memmo, procuratore ecclesie sancti Marci, per conventionem nunc promissa sunt et jurejurando corroborata.

Concedit equidem nostra sublimitas Veneticis actionem movere contra homines imperii nostri, qui, ceu ipsi suggesserunt, res astulerunt ipsorum jussione semper memorandi imperatoris et desideratissimi patrui celsitudinis nostre, domini Manuelis, tunc, cum capti fuerunt, subtraxerunt autem et non obtulerunt, secundum quod in predimisso chrysobulo celsitudinis nostre de hoc constitutum est, omnia alia actione debiti, que Veneticis contra Romeorum quempiam, vel contra ipsum fiscum, vel Romeis et fisco contra Veneticos ante captionem ipsorum convenerit, irritari debente ab utrisque partibus; presente chrysobulo verbo imperii nostri firmo et inviolabili permanere debente, facto mense Junio presentis septimi anni, in quo et nostrum pium et a deo promotum subsignavit imperium.

ISAACIUS in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romanorum Angelus.

VII.

DE METROPOLI ARGEOS [41]. (A. 1098.)

Non exstat.

VIII.

AUREA BULLA PISANIS CONCESSA [42]. (A. 1192.)

Interrupta jampridem fuit, ex quo tyrannus ille Andronicus Romanorum invasit imperium et nunc usque, fides et devotio civitatis et terre Pisane, quam erga nostrum fovebant Romeorum imperium. Et nisi modestia et hilaritas celsitudinis nostre, et in effusionibus applanicorum sanguinum tarditas et impromptio . . . . . (43) a Deo erecte et ad Romanorum imperii firmamentum quidem exaltate impedimento rei fuissent, li qui heri Romanie devoti erant, quasi et inimici effecti fuissent, et pro amicis et utilium allatoribus et per tempora fidelissimis quoque fautoribus in hostes et depopulatores versi equidem essent. Quod et ex parte perpetratum est, et damna a quibusdam Romeis, et item Pisanis ex parte Romeorum facta sunt, multumque tempus, que dudum ante unita erant, sequestrata habuit et divisa.

Quamobrem civitatis Pisanorum potestas, Tedicius, comitis Ugolini filius, ac consiliarii et commune ejus supplicatorias ad nostram clementiam manus intendere voluerunt, et prudentissimos concives suos, Rainerium Gaetani et Sigerium judicem nuncios ad nostram legaverunt serenitatem, dampnorum Pisanis eorumque communi ex parte Romanie pre-illatorum restaurationem petentes, et benignitatem tranquillitatis imperii nostri pristinam quam erga civitatem et terram ipsorum nostra habebat clementia, suppliciter postulantes; et serenitas nostra benigne eos recipiens et que ab iis dicebantur auscultans, eis que versa vice dampna partibus Romanie quibusdam a parte Pisanorum illata in memoriam revocans, eaque ab ipsis Romanis restaurari vicissim exigens, ad ultimum ex predictorum legatorum precibus abolicionem quidem eorum, que ex quo tyrannus supervenit usque in presens acta sunt eis concessit; immemores autem et eos fore omnium negociorum, que hactenus et usque nunc ex aliquibus causis, juste vel injuste,

(40) Marin : *teloneum*.

(41) Laudatur ad disposit. thronor. in Coll. can. ed. Rhalli et Potli V p. 481.

(42) Edidit Flaminio dal Borgo *Diplomi Pisani*, Pisa 1765, 4. p. 147, indeque repræsentavit Buchon *Nouvelles Recherches hist. sur la princ. franç. de Morée* vol. II, p. 12.

(43) Verba *celsitudinis nostre* huc transponenda esse videntur.

producenda habebant, exigit. Et quidem et hii clementie nostre concessioni repugnare nullo modo decreverunt; cum multa vero gratiarum actione eam suscipientes, sacramento certitudinem imperio nostro fecerunt tam de oblivione, quam civitas et terra Pisana in perpetuum habebunt eorum videlicet omnium dampnorum que usque nunc quibusdam Pisanis a Romeis illata sunt, quoicumque et qualiacumque sint, quam et de fide et servicio quam et quod imperio nostro, heredibus et successoribus ejus, ipsique Romanie observare in futuro debent. Amplius quippe serenitas imperii nostri eos acceptans et supplicationem eorum cum multum supplicatoria et procidenti figura fusam ad nostram clementiam exaudiens, non solum habitatores civitatis et terre Pisarum in eo jura, que ipsis in Romania precollata fuerant, restitui concessit, verum etiam secundum Domini sententiam super pauca fideles reperiens super multa constituit, et ad notificationem eorum que imperio nostro, heredibus et successoribus ejus et Romanie in perpetuum ipsi polliciti sunt, et eorum que similiter ipsis a clementia nostra collata sunt, presens chrysobolum verbum eis donavit, continens de verbo ad verbum ea que nunc ab iis pacta sunt et in chartula litteris latinis scripta et subscriptione eorum confirmata comprehensa sunt et eorum corporali sacramento corroborata, et que plenitudini Pisarum facta sunt chrysobula verba semper memorandorum imperatorum, proavi scilicet imperii nostri, domini Alexii Comneni, et desideratissimi patrui celsitudinis nostre, domini Manuelis, in quibus quidem recitantur que tunc a Pisanis pacta fuere et que a parte Romanie eis collata.

Habet igitur conventio scripta quidem que a notificatis legatis Pisarum ad imperium nostrum, heredes et successores ejus, et ad ipsam Romaniam facta est, et quod super eam juramentum factum est, sic:

Nos, legati civitatis et terre Pisane, Rainerius Gaetani et Sigerius judex, missi a Tedicio, comitis Ugolini filio, potestate civitatis et terre Pisane, ac consiliariis ipsoque communi ejus ad altissimum imperatorem Romeorum et semper augustum dominum Isaakium Angelum, et injunctum ab eis habentes petendi ab imperatore et Romania premutuatam pecuniam a quibusdam Pisanis Andronico illi male memorie, cum adhuc felicissimo imperatore domino Manuele in vita existente notificatus dominus Andronicus Hierosolymis degeret; nec non et a quibusdam aliis, videlicet Teodisco de Piciasegale, Simone Cimicosi et Gerardo Antonii et reliquis, mutuatam desideratissimo fratri domini imperatoris Romeorum et semper augusti domini Isaakii Angeli, felicissimo sevastocratori domino Alexio Angelo, cum a comite Tripelis detentus esset; item et ea que ab hominibus imperii ejus sancti, scilicet a protohonoratissimo supremo magno logotheta illo et sevasto illo Chumno et aliis defunctis et superstitibus, dampna illata Pisanis, ex quo notificatus dominus Andronicus Romeorum invasit imperium et usque nunc, atque subtracta solemnia ecclesie Pisane civitatis et archiepiscopo annorum octo et usque nunc, et redditus emboli eorum, et reliquorum attenentium eis, et ab eis exacta commertia; et si hec eadem receperimus agendi grates imperio ejus sancto, et conventionem assiduam et perpetuam factam progenitoribus ejus, imperatoribus domino Alexio Comnano et filio ejus Porphyrogenito domino Joanni et patruo imperii ejus sancti domino Manueli, et heredibus et successoribus ejus ipsique Romanie, atque servitium perpetuum et assiduum renovandi et jurejurando corroborandi; si vero hec eadem imperium ejus sanctum non adimplet, alio vero modo aliquo restaurationem facit communi Pisarum civitatis placentem nobis, sicque etiam manifestam conventionem sacramento confirmandi; quoniam ad imperium ejus sanctum pervenimus, et in conspectu majestatis ejus astantes piam ejus celsitudinem adoravimus, et nobis injunctis sufficienter tractatis omnibus quidem, que poscimus, potiri nequivimus, quia et sublimitas imperii ejus sancti vicissim exigebat a nobis damna a quibusdam Pisanis Romanie quibusdam terris diversisque Romeis per terram et mare illata; modestia vero et magnificentia imperiali dignatum est ejus sanctum imperium, pro omnibus que poscimus et superius relata sunt, excepto mutuo facto sebastocratori, mutuatoribus in memoriam dive potentie ejus consensuque nostri se jactantibus, largiri Pisane civitatis communi que ex muneribus semper memorandorum imperatorum, domini Alexii et domini Manuelis, a nobis pridem in magna urbe possidebantur: embolum videlicet, ecclesiam cum altera a contribulibus nostris infra terminos nostros erecta ecclesia, et littoralem scalam; plus vero his dare civitati nostre, et que in faciendo nobis practico traditionis eorum que super pridem nobis tradita collata sunt, notificabuntur; quod scilicet practicum una cum faciendo imperiali adorando chrysobulo in secretis sternetur; renovare quoque ab instanti tempore largicionem solemnis nostre ecclesie, quingentorum videlicet yperperorum et duorum palliorum; addere autem et alia centum yperpera, et salaria archiepiscopo civitatis Pisarum sexaginta annuorum yperperorum et unius pallii, et super hec persone archiepiscopi hujus qui nunc est civitatis Pisarum addere alia yperpera quadraginta; donare autem Pisanis et in iis que de Romania ab ipsis emuntur et venduntur, tam in magna urbe quam in ceteris Romanie partibus, libertatem commercii talem, qualis data est eis in chrysobulo ipsis facto semper memorandi imperatoris, domini Alexii, in iis que de terris non subjacentibus servituti imperii Romeorum ab ipsis in magnam urbem afferentur, quamquam ex

hujusmodi chrysobulo apparent eos debere dare commertium in iis, secundum quod ipsi Romei; licentiam vero dare nobis agendi secundum leges in quosdam homines ipsius, qui servitia tractaverunt fisci et quibusdam Pisanis injustitiam intulerunt, eo quod petebamus quidem ab imperiali thesauro dampna illata quibusdam Pisanis a defunctis hominibus celsitudinis ejus, non autem exauditi fuimus quoniam rei nequaquam reperiuntur ideoque negotia non erant manifesta, et ob hanc rem desistimus ab iis sponte, sine illata nobis vi aliqua, ob restaurationem pro iis, ut superius dictum est factam universis habitatoribus civitatis et terre Pisane; recepimus hujusmodi placens nobis largifluum munus serenissimi et semper augusti imperatoris domini Isaakii Angeli, quod imperium ejus sanctum nostre terre fecit, et oblivioni tradentes omnia que petiimus, ut dictum est, que et superius recitata sunt, quoniam quidem et imperium ejus sanctum abolicione [m] dampnorum usque nunc hominibus Romanie illatorum nobis facere dignatum est; ecce per presens scriptum nostrum, debens et corporali sacramento nostro ac subscriptionibus manus nostre, sigillisque ecclesiarum in magna urbe existentium Pisanorum, summi apostoli Petri et sancti Nicolai, corroborari, conventionem facimus ad imperium ejus sanctum, heredes et successores ejus, et ad ipsam Romaniam: quod observabit civitas et terra Pisana et ipsa potestas, et qui per tempora erunt senatores aut consiliarii sive consules aut potestates et capitanei et rectores, ipsumque commune Pisane civitatis, ea que supra nominatis semper memorandis imperatoribus, domino Alexio Comneno et filio ejus Porphyrogenito domino Joanni ac patruo imperii ejus domino Manueli, pacta sunt. Et hec omnia jurabit ipsa potestas et meliores ac ipsum commune civitatis Pisane, et hujusmodi sacramentum annuatim renovabunt, secundum quod specialiter de hujusmodi capitulo pactum est a civitate et terra nostra ad semper memorandum imperatorem, dominum Manuelem.»

Sacramentum verum eorum super hec factum habet sic:

«Nos, legati civitatis et terre Pisane, Rainerius Caetani et judex Sigerius, missi ad altissimum imperatorem Romeorum et semper augustum dominum Isaakium Angelum, a Tedicio, potestate Pisanorum, comitis Ugolini filio, ex communi consilio civitatis Pisane, post multum tractatum desistentes ab iis que ex impositione predicte potestatis et communis consilii civitatis pro communi et quibusdam privatis personis petebamus, que et in scripto in quo subscripsimus continentur, et restaurationem pro iis factam nobis placentem recipientes secundum quod nos injunctum habebamus a potestate et communi consilio civitatis de placito nostro: juramus super sancta Dei evangelia, super honorabilem et vivificatam crucem, quod predicta potestas communi consilio civitatis de his facto dedit nobis mandatum jurandi super animam suam, conventionem a Pisana civitate et terra Pisana semper memorando imperatori domino Manueli factam imperatori Romeorum et semper augusto domino Isaakio Angelo, secundum quod et illi fuit jurata, et quod ea que pro communi et quibusdam aliis personis petebamus, que et in scripto in quo subscripsimus continentur, ex impositione ejusdem potestatis et consilii ejusdem civitatis dimisimus pro restauratione communi facta. Item juramus, super animam dicte potestatis, quod et ipsam conventionem predictam adimplebit et observabit ipsum commune civitatis domino Isaakio Romeorum imperatori, heredibus et successoribus ejus, ipsique Romanie in perpetuum, sine fraude et malo ingenio. Et sicut hec juramus de bona fide, sine fraude et malo ingenio, sic Deus nos adjuvet et ipsam potestatem et ipsum commune civitatis Pisane et in presenti seculo et futuro.»

Manifesta vero chrysobula verba habent, secundum quod notificabitur.

Imperatoris quidem videlicet domini Alexii, sic:

«Quoniam multoties nuncios ad imperium nostrum miserunt habitatores terre nostre atque Pisane civitatis cum litteris suis, et imperium nostrum iterum eis multoties litteras misit, minime autem advenit tempus quo fieret conventionis scriptum prefinitum eorum pure fidei et subjectionis ad imperium nostrum, neque clementie nostre ad eos scriptum chrysobulum conventionis adhuc factum est; novissime autem misit imperium nostrum familiarem suum hominem Curopalatam Basilium Mesimerium cum litteris suis volens eos suscipere ceu per omnia fideles celsitudinis nostre et desideratissimos filios nostros totiusque terre nostre; illo autem perveniente et litteras imperii nostri eis afferente, que vero mandata erant dicente, ipsi que scripta et que ipsis mandata sunt intelligentes eaque acceptantes, et omnino volentes fieri per omnia fideles imperii nostri atque terre nostre, per scriptum conventionem fecerunt, continentem puram eorum fidem quam imperio nostro ac Romanie debent, quam et per sacramentum omnes unanimiter confirmaverunt et ad nostram serenitatem per vos et nuncium ejus miserunt, que nempe expresse sic continet:

«In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. «Nos omnes habitatores civitatis et terre Pisane «promittimus tibi, sanctissimo imperatori domino «Alexio, et domino Johanni dilecto filio tuo et «imperatori Porphyrogenito, quod nos totus «Pisanus populus ab ista hora et in antea non «erimus in consilio aut facto per quod perdatis «vos imperium vestrum vel Romaniam, vel «insulas maris vel terras, quas modo tenetis sub «vestra potestate et quas ab hac hora in antea ac«quiretis a Chrontia, Dalmatia et Durachio usque «in Alexandriam et ipsam; neque nos, civitatis et

« terre Pisane habitatores, paciscemur cum aliqua « persona vel populo inimicante imperio vestro ad « auferendum a vobis vestrum imperium vel Roma- « niam, vel aliquas imperii vestri terras, vel insu- « las, quas nunc sub potestate imperii vestri « tenetis, aut quas acquirere debetis ab hac hora « in antea a Chroatia, Dalmatia et Durachio et « usque in Alexandriam et ipsam; et si ex terre « habitatoribus nostre et hominibus nostris aliqui « damnum imperio vestro fecerint et in Romania « fuerint, et quesiti ab imperio vestro fuerint, de « eis emendabunt damnum juste et concorditer; « et si in Romania non fuerint et Pisas reversi « fuerint, et notum factum fuerit, si heredes Pisis « habuerint, secundum vires substantie emendatio- « nem faciemus juste vel concordia, excepto tanto « quantum remanebit ex consensu et verbo nuntii « vel nuntiorum imperii vestri. Si homines nostri « in terra imperii vestri fuerint, vel Constantino- « poli vel in alia terra aut insulis imperii vestri, « volumus et confirmamus ut, si inimici vestri « insurrexerint gratia impugnandi in partibus illis « in quibus nostri sunt, et necesse fuerit ut adju- « vent homines vestros, terras vestras defendemus « contra omnes inimicos vestros. Hec omnia supra- « scripta observabimus nos, totus Pisanus populus « civitatis et terre Pisane, tibi, sanctissimo impe- « ratori domino Alexio, et desideratissimo filio tuo « imperatori domino Johanni Porphyrogenito, si- « cut superius scriptum est, incorrupta et cum « vera fide, sine fraude et malo ingenio, vobis « corroborantibus per chrysobulum ea, que in « scripto nostro continentur, et observantibus ea « nobis.

Hoc factum est anno incarnationis Domini « millesimo centesimo undecimo, quarto decimo « Kalendarum Maii, indictionis tertie et decime, « in presentia archiepiscopi Amalphitani, Musci « judicis Amalphitani et consulum Pisanorum. »

« His itaque per scriptum et sacramentum ab illis confirmatis in presentia hominis imperii nostri Mesimerii, quoniam et vos missi ab illis estis, videlicet Guido clericus et Bonfilius presbiter, Girardus vicecomes, Ildebrandus frater Rainerii, Alferius consul, Petrus judex, Guido filius Boni Pipini, Odimundus Curopalata filius Oddi, et litteras imperio nostro attulistis quas illi omnes per vos ad imperium miserunt, et continebatur in litteris eorum hoc, ut ea que deerant vos adim- pleretis; hoc per scriptum et sacramentum vestras- que subscriptiones confirmastis, quod omnia que ab illis pacta sunt ad imperium nostrum et desi- deratissimum filium ejus imperatorem et Romaniam per sacramentum, universi habitatores civitatis et terre Pisane confirmarint, et observabunt firma et inviolata, sicut hoc intelligit imperium nostrum ad proficuum et honorem suum et desideratissimi filii sui et terre potentie nostre, magne, medie et ultime. Ob fidem igitur quam disposuistis omnes

A habitatores civitatis et terre Pisane observare im- perio nostro et Romanie, constituit et imperium nostrum per presens chrysobulum verbum dari a nostra serenitate, non solum in vita sua, sed et post obitum suum a desideratissimo filio nostro imperatore domino Johanne Porphyrogenito, Pi- sane ecclesie que sub nomine sancte Dei Genitricis est, per unumquemque annum nomismata yperpera 400 et pallia duo; domino dilecto archiepiscopo Pisarum nomismata similia 60 et pallium unum; Lamberto judici, Carletto et Antonio nomismata similia 100, et post obitum horum dabuntur ec- clesie. Commertium de auro et argento quod af- feretur a vobis, non dabitis ullo modo. De mercibus quas afferetis de terra vestra et de alienis terris B non subjacentibus servituti imperii nostri, dabitis gratia commertii de vigintiquinque unum et nihil amplius. Scala dabitur vobis in qua debeant naves vestre applicare et onera earum deponi; et locus negotiandi aptus et conveniens cum habitaculis, ut reponatis merces vestras et habitetis. Similiter et in magna sanctissima Dei ecclesia, sancta So- phia, dabitur vobis locus standi a sanctissimo pa- triarca: et in yppodromio dabitur vobis locus ubi debeatis sedere in die yppodromii. Si depredata fuerit navis vestra in terra imperii nostri, et per- dite fuerint res vestre, ablate ab aliquibus qui sub potentia imperii nostri sunt, faciet vobis clementia imperii nostri justiciam et emendationem conve- nienti tempore, postquam probatum fuerit. Navis C vestra si fracta fuerit infra potentiam imperii nostri, res vestras quas vos liberatis et extrahitis salvas habebitis sine dubio, et illas autem quas Romei extrahent adjuvantes habebitis, dantes eis mercedem secundum loci consuetudinem, nisi forte inter vos et eos aliquid aliud sponte pactum fuerit. Merces vestras quas afferetis de terra ves- tra, vel de alienis terris non subjacentibus imperio nostro, postquam ad imperium nostrum vos vene- ritis, sive Constantinopolim sive in insulam im- perii nostri, habebitis licentiam extrahendi, et vendendi in loco in quo applicueritis, et tam ibi quam alibi infra continentiam potentie nostre qui- buscumque volueritis, nullo alio pacto vel modo D contra voluntatem vestram precipiente in venditione et commutatione, exceptis inimicis imperii nostri; et dabitis et in his commertium sicut superius dictum est. Alias autem merces que de Romania sunt, venditis sicut Romei, et dabitis sicut Romei. Littere imperii nostri mittentur ad terras ejus in quibus applicabitis, ut duces in eis existentes co- gnoscant fidem puram et servitutem vestram et que ab imperio nostro vobis constituta sunt et que imperio nostro a vobis, quatenus non transgre- diantur que ab imperio nostro pacta sunt duces et reliqui qui sub potestate imperii nostri sunt. Et si acciderit aliquid injustum fieri, vindicabitur ab iis, fietque emendatio justa. Ut et ab imperio nostro in omnibus terris potentie nostre et insulis in qui-

bus applicatis, iidem vobis loci serventur et eadem emendatio fiat. Si ab aliquo Veneticorum aut ab aliquo homine subjacente imperio nostro passus fuerit Pisanus quispiam atrox dedecus vel turpem injuriam aut de rebus suis damnum, faciet imperium nostrum emendationem, postquam probatum fuerit, si nostre serenitati relatum fuerit infra tempus legale et conveniens in omni continentia sua. Naves vestre et homines vestri volentes redire Pisas non prohibebuntur; neque imperium nostrum, neque desideratissimus filius ejus imperator Porphyrogenitus, neque aliquis precepto nostri per quempiam modum injustitie faciet quicquam in rebus vestris vel hominibus. Si vero ob aliquas causas interdum factum fuerit, per conveniens tempus emendabitur. Si aliquis vestrum reclamationem fecerit, non repelletur, si notum imperio nostro factum fuerit, sed recipietur reclamatio ejus et secundum legem vindicabitur, et vindicabitur post probationem veritatis, si apparuerit injustitiam passus. Qui pro servitio Dei Hierosolymam tendunt cum vestris hominibus causa militandi contra paganos, in itinere vel in reversione impedimentum aliquod non sustinebunt, neque perturbabuntur ipsi vel naves, aut stipendia aut bellica instrumenta que deferunt, securitatem facientibus iis qui eos recipiunt in naves vestras hominibus per certificationem sacramenti, quatenus nec inimicum imperii nostri et Romanie adjuvent, nec ibi contra imperium nostrum efficiantur.

« Hec itaque manebunt quippe immutabilia semper, quousque vos et omnes habitatores terre vestre et civitatis observatis ea que superius notificata sunt firma et incorrupta imperio nostro et desideratissimo filio ejus et imperatori domino Johanni Porphyrogenito et Romanie, sicut hec intelligit imperium nostrum ad honorem et proficuum suum et Romanie, et sine fraude et malo ingenio aliquo. Propter hoc enim et presens chrysobulum, verbum, mutuum vestre scripte conventioni per vestrum sacramentum confirmate et vestris propriis subscriptionibus corroborate, missum est per vos omnibus habitatoribus civitatis et terre Pisarum.

« Factum mense Octobri, indictionis quinte, sex millesimi sexcentesimi vicesimi anni, in quo et nostrum pium et a Domino ordinatum subsignavit imperium.

« Alexius in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romeorum Comnanus. »

Domini vero Manuelis sic :

« Fidelissimi imperio nostro Pisani adepti fuerunt jam in magna urbe, per chrysobulum semper memorandi avi imperii nostri, et rursum semper memorandi domini et patris celsitudinis nostre, embolum et scalam et ecclesiam, secundum quod in practico ipsis facto notificantur, que hujus sunt (44). Quoniam vero ante tempus ob quasdam causas voluit imperium nostrum hujusmodi loca eis mutare, eisque pro his dari alia ultra in partibus magne urbis oppositis, ipsi autem accedentes clementie nostre supplicaverunt ut hoc non fieret, verum essent in possessione eorum que pridem habebant, serenitas imperii nostri sic fieri concessit. Et quoniam oportuit sacramentum ab iis fieri imperio nostro hujusmodi negotii gratia, priorem conventionem et sacramenta eorum corroborans, et quippe ad nostram serenitatem legati ab hujusmodi terra equidem pervenerunt, prudentissimus videlicet consul hujusmodi terre Albertus, et cum eo judex Burgundius et comes Marcus, et fecere imperio nostro sacramentum, consul quidem notificandum sacramentum sic secundum verba continens : « Ego consul Pisarum, legatus ad dominum « nostrum imperatorem Romanorum et semper « augustum dominum Manuelem Porphyrogenitum « Comnanum, juro ex precepto et voluntate archi- « episcopi nostri, consulum, senatorum et relique « terre Pisarum presens sacramentum : quoniam « ob quasdam rationes accidit nos ad modicum « removeri ab iis que in magna urbe habebamus, « videlicet ecclesia, embolo et scala, datis nobis « pro restauratione aliis in partibus que ultra « sunt, nunc autem ex precepto imperatoris re- « stituti sumus in ea que quidem habebamus : quod « observabimus nos et terra Pisarum universa no- « tificato imperatori Porphyrogenito domino Ma- « nueli Comnano, heredibus et successoribus ejus « et Romanie, fidem et debitum quod debebat « terra Pisana imperio ejus ex pridem factis con- « ventionibus et sacramentis semper memorando « imperatori, domino Alexio Comnano, ipsique « Porphyrogenito et imperatori domino Manueli « Comnano; et si aliquid factum est a terra Pi- « sana alicui coronato vel non coronato ad irri- « tationem spectans hujusmodi conventionum et « sacramentorum, pro non facto reputabitur illud. « Presens vero sacramentum debent facere et re- « novare et consules et reliqui habitatores Pisa- « rum secundum consuetudinem. Et sicut hec « juro sine fraude et malo ingenio, sic Deus me « adjuvet, sancta Dei evangelia et honorabilis et « vivifica crux. » — « Judex vero Burgundius et co- « mes Marcus sic juraverunt et ipsi » — « Nos Judex « Burgundius et comes Marcus, missi legati ad « potentem imperatorem Romeorum Porphyroge- « nitum dominum Manuelem Comnanum a civitate « Pisana, juramus super sancta Dei evangelia et « honorabilem et vivificam crucem, quod conven- « tionem factam semper memorando imperatori « domino Alexio Comnano, et domino nostro im- « peratori et Porphyrogenito domino Manueli Com- « nano a civitate Pisana, quam consul Pisarum

(44) Videntur hic excidisse ol προσφατοι instrumenti illius.

« Albertus juravit, ad honorem imperatoris obser- « vabimus fideliter et nos, et faciemus confirmari « ab universa civitate Pisana sine fraude. Et s c « juramus hec sine fraude et malo ingenio, et « firma observabimus. Sic Deus nos adjuvet, « sancta Dei evangelia et honorabilis et vivifica « crux. »

« Ecce et imperium nostrum corroborat per presens chrysobulum sigillum suum munus quod habebant in notificato jure a semper memorando imperatore domino et patre ejus, et jubet firma et inviolabilia permanere facta eis chrysobula super collatione hujuscemodi immobilium, si et hujusmodi terra Pisarum bene observat pacta et sacramenta sua que imperio nostro, heredibus et successoribus ejus fecit, ad honorem et proficuum imperii nostri et Romanie. Super hoc enim et presens imperii nostri sigillum eis collatum est, debens et in congruis secretis sterni propter notificationem, mense Julio, indictionis tertie. »

Sic equidem hujusmodi chrysobulis continentibus, quoniam notificati legati superius scripta pepigerunt et scripto subscriptione eorum confirmato comprehenderunt, et sacramento ceu notificatum est corroboraverunt, jubet imperium nostrum, ea que in superius scriptis chrysobulis comprehenduntur, tam de iis que a civitate Pisana Romanie facta sunt, quam et de iis que a Romania ipsis collata sunt, efficaciam et inviolabilitatem habere, et sic reputari ut nunc pacta et collata; et restitui precipit Pisanos in universa que in magna urbe ipsis donata pridem fuerunt a semper memorando imperatore et proavo imperii nostri, domino Alexio, et desideratissimo patruo celsitudinis nostre, domino Manueli: embolum videlicet, habitacula, ecclesiam cum altera ab ipsis infra jura eorum erecta ecclesia, et littoralem scalam, secundum quod eis donata fuerunt, et secundum facta ipsis practica super tradicione horum eis facta. Largitur autem eis imperium nostrum et pensionalia monasteriis domini Antonii, que in faciendo ipsis practico notificabuntur, habentia pro anno introitu [m] nomismata yperpera 246, et scalam predeputatam in situ loci canatisse a serenitate nostra edificatio ab ipsa hospitali in templo venerabili sanctorum magnorum Martyrum Quadraginta. Concedit autem dari et rursum Pisane ecclesie constituta ei annua solemnia, 500 scilicet yperpera et 2 pallia ut et ab imperio nostro ei nunc constituta, ob fidem quam civitas debet et terra Pisana imperio nostro et servitium ejus. Addit quoque eis et alia yperpera 100 similiter, et honoratissimo archiepiscopo Pisarum preconstitutum ei annuum salarium, 60 videlicet yperpera et unum pallium, ut et ei nunc constitutum ab imperio nostro. Addit vero persone archiepiscopi qui nunc est et alia yperpera per singulas annos 40. Et jubet hujusmodi omnia a parte civitatis et terre Pisane possideri hoc modo per omnes et assiduos annos, secundum faciendum practicum horum traditionis; quod fiet notificatis legatis eorum a grammaticis imperii nostri, Pediadita Constantino et clarissimo protonobilissimo Sergio Coliva, et a desunotato Constantino Petiota, quod et in congruis secretis sterni debet cum presenti chrysobulo imperii nostri; et habere Pisanos universos introitum eorum presentem et futurum ex superedificationibus ipsorum, quas infra terminos ipsis traditos facient, quousque civitas, quam debet imperio nostro, heredibus et successoribus ejus ipsique Romanie, fidem atque servitium conservat, et terra Pisana ac ipsum ejus commune inviolabiliter et sine diminutione, secundum conventionem scriptam a supranotatis eorum legatis factam et superius recitatam, que et a potestate ejusdem civitatis et terre Pisane et melioribus Pisanis et universa plenitudine Pisarum jurari debet in presentia super hoc ipsum mittendorum hominum imperii nostri, et annuatim renovari, secundum quod specialiter ea que hujus capituli sunt, semper memorando imperatori, patruo imperii nostri, domino Manueli, pacta sunt. Fruentur autem et libertate universa in duobus recitatis chrysobulis comprehensa commercii, et reliquorum omnium capitulorum que in eis continentur, exhibentes de centum 4 tam in magna urbe quam in ceteris terris nostre pie tranquillitatis, non solum de iis que de alienis partibus ab ipsis in Romaniam afferuntur universis mercibus, verum etiam de iis que de terris Romanie ab ipsis emuntur et in magna urbe vel aliis terris Romanie venduntur. Quamquam enim et ex chrysobulo ipsis facto proavi imperii nostri, semper memorandi imperatoris domini Alexii Comneni, ut vel ut Romei reputentur ipsi in mercibus quas de Romania emunt, determinatum est, idemque commercium dent de iis quod et Romei dant; sed tamen imperium nostrum multam eorum devotionem et fidem remunerans, liberaliter et super hoc capitulum erga eos agit, et 4 de centum tantum dare eos jubet et in mercibus ipsorum quas de Romania equidem emunt. Fruentur igitur Pisani libertate ipsis collata a nostra serenitate et omnibus ipsis donatis, ceu superius patefactum est, et amovebuntur ab his nunquam. Quamvis enim hujusmodi omnia jam tradita fuerint monasteriis et personis quibus hec ablata sunt, et Pisanis tradita, attamen quoniam iterum hujusmodi Pisani sub servitio Romanie ordinati sunt et pristinam suam fidem atque servitium imperio nostro, heredibus et successoribus ejus et Romanie, observare juraverunt, rursum eis ablata sunt et restituta Pisanis, quoniam ipsi satisfactionem a fisco habere debent; si vero non habuerint, non debent in Pisanos agere, sed in ipsum fiscum, infra legitimum tempus. Et restaurationem adepti fuerint, habebunt satisfactionem per id quod dabitur; si autem non adepti fuerint, habebunt pro rato: quoniam imperium nostrum

licentiam ex legibus habet in noticia largiendi et aliena, et largitur hec Pisarum plenitudini. Quoniam vero notificati legati clementie nostre supplicantes petierunt cum aliis notificari in presenti chrysobulo imperii nostri, tam ea que pridem possidebantur a parte civitatis et terre Pisane in magna urbe jura, quam ea que nunc a celsitudine nostra ipsis collata sunt, imperium nostrum sic fieri concessit. Et habent que pridem quidem a Pisanis possidebantur sic (45) :

Conservabuntur igitur universa superius scripta firma ab imperio nostro, heredibus et successoribus ejus et Romania, si potestas que est in civitate et terra Pisana, consules, consiliarii et senatores, capitanei, rectores et reliqui meliores, ac ipsum commune Pisarum receperint que a superius scriptis legatis eorum pacta et jurata imperio nostro, heredibus et successoribus ejus ipsique Romanie sunt, et pepigerint ea et corporali confirmaverint sacramento, et scriptum hec continens composuerint et consuete corroboraverint, et celsitudini nostre miserint, et hec rata in perpetuum habuerint ipsi, et qui post eos erunt consules et potestates, consiliarii et senatores, capitanei, rectores ac ipsum commune civitatis et terre Pisane, presente chrysobulo verbo imperii nostri firmiter et inviolabiliter permanere (45*), quousque conservabunt suprascripti omnes ex integro ea que superius narrata sunt.

Facto mense Februario presentis decime indictionis, sex millesimi septingentesimi anni, in quo et nostrum pium et a Deo ordinatum subsignavit imperium.

Isaakius in Christo Domino fidelis imperator et moderator Romeorum Angelus.

IX.

DE ECCLESIIS AD ALTIOREM LOCUM PROMOTIS. (A. 1193.)

Vide Balsamonem ad Synod. Chalced., c. 12.

X.

DE METROPOLI HYPAEPORUM.

Non exstat (46).

XI.

AUREA BULLA VENETIS CONCESSA [47]. (A. 1199.)

Quemadmodum animalia sese ad invicem intime diligentia, gregatim quousque semper euntia, nec non et compascentia et simul ad sublimia et inferiora convolantia, coëgredentia etiam ac regredientia, et forte interdum quadam necessitate secedentia, et sepius ad invicem retro respicientia, et gruendo ac sclingendo et propriis uniuscujusque vocibus desiderium ab invicem remotorum demonstrantia, et si alicubi libertatem ceperint, statim valde ad compascentia redeuntia, et letitiam impossibile est dici quantum ex facto ad invicem concursu, et velut dilligenti allocutione non significativis et inarticulatis vocibus subsignificantia : sic et genus Veneticorum plurimum amicabile ac servile circha Romaniam per tempora iam multa, et etiam a centum annis et plus connumeratis possidens inconvulse eam et indivisibiliter detinet. Et si aliquem remoto forte sic eos persequitur, quiete remotionem portantes sepe ad unionem revertuntur, modis quoque omnibus eam revocare requirunt, et ut [ad] matrem puer et ad dominam verna respiciunt atque amplexus exoptant ; cum autem invenerint, indissolubilibus vinculis amoris tenere student.

Quod quidem et nunc Venetie circha Romaniam contigit. Nam imperio meo sceptra Romanie divina providentia suscipiente, conventionibus quoque que inter eam et dilectissimum fratrem imperii mei preimperantem, dominum Isaakium Angelum, fuerant, quasi suscipientibus, nobilissimus dux Venetie et protosevastos Henricus Dandolus, ac etiam ipsa Veneticorum consilii prudentia super requisitionem unionis quasi dissolute nequaquam superdormitavit, imo legatos ad nostram transmiserit celsitudinem : primo quidem Rainerium Zenum et filium nobilissimi quidem ducis Venetie Auri Magistri Petri, Marioum, et legatum ab imperio meo susceperunt grammaticum ejus, protonobilissimum ypertaton dominum Johannem Cataforum. Et quoniam quidem per eum in Venetiis sufficienter morantem, que in conventione ambigua erant, solvi non potuerunt, alios statim lega-

(45) Buchon omisit enumerationem locorum a Pisanis Constantinopoli possessorum, sed notat : *Il y est plusieurs fois question des établissements des Amalphitains.* « Atque cursu Amalphitanorum. » — « Jura donata Amalphitanis. » — « Descendentem ab Amalphitanis. » — « Dividit eamdem scalam que ab Amalphitanis possidetur. »

(45*) Videtur addendum : *debente.*

(46) Laudatur ad Dispositionem thronorum in Coll. can. ed. Rhalli et Potli V. p. 476, n. 1.

(47) Nuperrime ex libro alio et libris Pactorum ediderunt Tafel et Thomas sepius laudati tom. I, p. 248 sqq.

(48) Editores legunt : *Etsi aliquantum — prosequitur.* Lege, *Et si aliquis remotos.*

tos ad nostram transmiserunt sublimitatem, et nec per eos valentes pacisci, [ac] finem apponi eis, que ab hiis querebantur, nec aliorum legatorum missionem procelaverunt (49), imo accesserunt et rursum ad nostram legati Venetie tranquillitatem, Henricus Navagiosus (50), Andreas Donatus et Benedictus Grillionis. Et cum nec ista, que legationis erant, pro suo velle ipsos imitantia (51), in Venetiam ad se mittentes et ipsi rediere, suscipientes a nostra serenitate legatum, pansevastum sevastum et familiarem imperio nostro acolitum (52), dominum Johannem Nomucopulum; et abiit is cum eis. Et tunc (53) nec per istum eis, que ipsi (54) sedebant, majores Venetie finem inducere potuerunt, alios legatos ad nostram duxerunt mansuetudinem, Petrum Michaelem videlicet et Octavianum Quirinum, viros prudentia, consilio et verbo apud Veneticos quam magnos, qui cum pansevasto, sevasto et imperio meo familiari cancellario vicedomino Dimitrio Trinkio (55) ex precepto nostre magnificentie tam de jam peractis, quam etiam ex novo paciscendis multociens ratiocinantes, denique et coram nostra majestate steterunt, et inter predictum cancellarium atque eos tractata retulerunt, et multam instantiam, nec non et deprecationem ut eis placita perficere possent facientes, ad declarandam acquievere. Juraverunt et etiam sacramentum. sic ad verbum continens :

« Nos legatis nobilissimi Ducis Venetie et imperialis protosevasti Henrici Dandoli, Petrus Michael et Octavianus Quirinus, juramus hac hodierna die que est vigessima septima presentis mensis Septembris presentis secunde indictionis, sex millesimi septingentesimi septimi anni, ad sacra dei evangelia et ad honorabilem et vivificam crucem, quod omnia, que pacti sumus cum sanctissimo et altissimo imperatore Romanorum et semper augusto domino Alexio Comnano, secundum orationem et voluntatem predicti nobilissimi ducis Venetie et ex scripta ejus commissione ad nos ex voluntate majoris partis parvi et magni concilii Venetie facta convenimus et pacti sumus ; et quod concessit et commissit nobis idem nobilissimus Dux Venetie, ut nos super animam suam juremus, quod et ipse ea, que a nobis pacta sunt et conventa, jurabit et homines Venetie jurare faciet. Et ex quo nobis hoc concessit et commissit, non id subvertit vel mutavit. Et sicut hec juramus sine fraude et malo ingenio, sic adjuvet Deus et sancta ejus evangelia et honorabilis atque vivifica crux predictum ducem nostrum et nos, et in hoc seculo et in futuro. »

Hec igitur jurantes, et que pacta sunt ab eis nostre magnificentie, ut ex parte predicti nobilissimi ducis eorum et totius Venetie scripto ab eis subscripto comprehendentes, id nostre tranquillitati tradiderunt, sic per dictiones habens :

« Non (56) est Venetia conjuncta, nec umquam conjungetur alicui coronatorum hominum vel non coronatorum, aut gentium vel nationum alicui contra imperium domini imperatoris Romanorum et semper augusti domini Alexii Comnani, quamdiu ipse vixerit, aut heredum ejus tam masculorum quam et feminarum, qui et que imperabunt, vel eorum qui ex precepto eorum imperabunt, ad offendendum Romaniam particulariter sive universaliter, nec per se umquam offendet.

« Item, quotienscumque principum aliquis coronatus vel non coronatus, sive gens aliqua contra Romaniam venerit ad offendendum eam cum galeis quadraginta vel pluribus, usque ad centum, et vult imperium eorum, vel heredes ipsorum mares sive femine, [qui] et que imperabunt, vel hii, qui ex precepto eorum imperabunt, servitium Veneticorum cum galeis quadraginta et usque ad centum, debent illuc habere infra menses sex post noticiam duci datam Venetie ab imperio eorum. Que profecto galee debent Venetie fieri et preparari a Veneticis cum universo earum apparatu per peccuniam illuc missam ab eorum imperio, vel inventa [in] ibi a parte celsitudinis eorum, Veneticis dare debentibus homines aptos, ut quisque eorum preparationem quinque galearum presit; qui et jurare debent, quod facient eas et bene fieri, et unamquamque earum centum quadraginta fore remorum et cum omni apparatu earum, cum celleritate et sine dolo, secundum quod deberent eas facere fieri, si essent galee Venetie, aut si cum peccunia Venetie deberent fieri. Quorum quisque debet a vestiario domini imperatoris accipere liberalitatis gratia numismata yperpera sexaginta.

« Item, comites hujusmodi galearum jurabunt super sancta Dei Evangelia, quod in unaquaque gallearum erunt centum quadraginta homines, si tot hominum eis roga data fuerit, exceptis morientibus et sine eorum noticia aufugientibus. Verumtamen ipsi studebunt bona fide, quatenus rogam eisdem hominibus datam, morientibus vel fugientibus videlicet, recuperent; quam si recuperare valuerint, inducent alios pro eis in galeas eorum, aut reddent rogam homini domini imperatoris.

« Item, jurabunt unusquisque comitum, quod universum apparatum ipsis traditum conducent ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli. Homines autem galearum talem accipere debent rogam, qualem Venetici apud Coriphum accipiebant.

(49) Editores emendant : *protelaverunt.*
(50) Lib. pactorum : *Navagerios.*
(51) Legerim : *impetrarent.*
(52) Lib. pact. *acolutum.*
(53) Editores conj. *cum.*
(54) Idem : *ipsis.*
(55) Lib. pact. *Tninicio.*
(56) Quæ sequuntur repetita sunt ex Nov. V. supra, paucis mutatis.

« Item, si imperium eorum voluerit in numero hujusmodi centum galearum servitium Veneticorum in universa Romania inventorum, debet illud habere cum tot scilicet galeis, quot armari poterunt ex inventis Veneticis, ex quatuor tribus inductis secundum numerum inventorum Veneticorum cum et predicta roga. Tamen non cogentur viginti annorum homines [et] infra galeas ingredi, neque sexaginta annorum et ultra.

« Item, noster stolus debet habere capitaneum vel capitaneos Veneticos, qui jurabunt, quod conducent stolum ad honorem imperii eorum et salutem nostri stoli bona fide sine fraude usque ad stolum celsitudinis imperii eorum.

« Item, si ante quam noster stolus uniatur imperii eorum stolo, invenerit aliquem stolum inimici imperii eorum, et voluerit ei nocere vel eum expugnare, faciet sic absque fraude et malo ingenio aliquo. Postquam vero stolus noster unitus fuerit stolo imperatorie sublimitatis, debent numerari, qui in galeis erunt, a capitaneo stolii imperii eorum, si ipse voluerit; et inventi quidem erunt in servitio celsitudinis imperii eorum; absentes vero studiose ac bona fide curabunt reperire Venetici, si potuerint, et numerum adimplere.

« Item, capitaneus vel capitanei nostri stoli et comites et nauclerii, nec non et prodenses et ex unaquaque galearum decem homines jurabunt, quod obedient precepto capitanei stoli imperatorie celsitudinis imperii eorum, ad honorem et salutem nostri stoli, sine fraude et malo ingenio, et quod una cum stolo imperii eorum persequentur stolum inimici majestatis imperatorie, sive Christiani sint sive pagani; et offendunt eum et expugnabunt et persequentur, inferentque ei malum, quod inferre valebunt, bona fide, sine fraude et malo ingenio; et impugnabunt eum, quandiu et stolus imperii eorum impugnabit cum bona fide, sine fraude. Et si aliqua [m] terrarum inimici imperialis celsitudinis ceperit, debemus in ea ecclesiam et embolum et scalam habere et conservare sine omni datione. Veruntamen stolus imperii eorum debet tantus esse, quantus et noster, aut amplior. Postquam autem hujusmodi servitium imperio eorum peregerint, debent habere ex galeis, que de Venetia exiverint, ad suam reversionem galeas tot, quot eis necessarie convenienter erunt, et sine fraude et bona fide.

« Item, postquam hujusmodi galee Venetiam pervenerint, si eorum imperium voluerit eas in Romaniam rursum reduci a Veneticis, fiet sic; et unusquisque eorum, qui eas reducet, debet habere proprie mercedis gratia, quod competens est secundum tempus. Si autem imperium eorum voluerit per alias personas sive per aliquam dispensationem reversionem earum fieri in terram suæ celsitudinis, licebit et hoc ei. Si vero volluerit eas ibi custodiri, custodientur ad honorem imperii eorum, tanquam si proprie essent Venetie, veruntamen cum imperiali expensa.

Item, si ob gravitatem aliquam hujusmodi galee nequiverint secundum prefixum terminum de Venetia venire, (*debent*) in servitium stoli imperii eorum ingredi universi in Romania inventi Venetici, secundum quod superius declaratum est, scilicet de IV tres, cum supra scripta roga.

« Item, si eo[rum] imperio expedit adjutorium ad vindictam terre imperialis celsitudinis ob aliquem inimicum in Romaniam ingressurum cum galeis quadraginta [aut pluribus, et nequit imperium eorum pro auxilio mittere Venetiam, debet imperatoria majestas Veneticos inducere ad sue terre defensionem contra hujuscemodi inimicum, inventos in magna urbe videlicet et circha eam, et ab ea locis jacentibus circha eam versus ortum et versus occasum usque ad Avidum, ibique similiter repertos, et in terris, que infra sunt, usque Filadelphiam et in ea, et usque Adrianopolim et in ea, ex quatuor tres, cum tot galeis, quot armare valebunt, inventi secundum predictum ordinem, cum etiam manifesta roga. Tali itaque modo talique ordine juvabunt et deffendent Romaniam Venetici contra omnem hominem coronatum et non coronatum, et contra omnem gentem Romaniam nocere volentem, prout superius declaratum est; et contra ipsum regem Alemannie.

« Item, si imperium eorum voluerit mittere Venetiam homines aut vestiaria, gratia conducendi milites aut de Lombardia aut ab alia terra, et dispensandi ad honorem et utilitatem spectantia terre celsitudinis eorum, licebit et hoc eis, nisi hoc contra Venetiam sit. Debent autem Venetici recipere homines et peccunias et vestiaria imperii eorum, et defendere et homines et peccunias eorum ab omnibus inimicis. Veruntamen clementia imperii eorum non debet Venetia stolum educere vel exercitum contra aliquem, cum quo Venetici habent unionem et amorem.

« Item, si imperium voluerit per partes Venetie milites in Romaniam ducere, licebit et hoc imperio eorum, nisi ipsi manifesti inimici Venetie sint, aut Venetia impedita sit, sine fraude et malo ingenio aliquo. Nam transacto impedimento licitum erit eis, sive soli fuerint sive cum familiis, transire. Hec autem servitia debent Venetici imperio eorum et Romanie servire, nisi manifestas inimicicias habeat ab aliqua coronata persona vel aliqua magna terra, ita quod servitium ipsi nequeant facere, sine fraude et malo ingenio.

« Item debent, qui per tempora Duces Venetie erunt, imperio eorum et heredibus eorum masculis et mulieribus imperaturis, sive hiis, qui ex precepto eorum imperio imperabunt, et fidem, servabunt etiam eam contra omnem hominem coronatum, et non coronatum, salvo eo, quod per juramentum debent Venetie secundum quod et nunc dux Venetie nos Henricus Dandulus, juravimus.

« Item, si inimicorum imperii aliquis insultum fecerit ad impugnandum aliquam terrarum celsitudinis eorum, in qua sunt Venetici, debent eam defendere Venetici, et inimicos expellere ab hujusmodi terra, prout possunt, bona fide et sine fraude.

« Hanc itaque conventionem firmam custodient Venetici, et hoc sacramentum firmum, et nec ob iram ipsis illatam semper memorandi imperatoris domini Manuelis Porphyrogeniti, nec ob aliam aliquam occasionem ipsis factam, nec pro aliquo precepto vel timore alicujus coronate persone vel non coronate, vel ipsius regis Alemannie, nec pro aliqua excommunicatione ecclesiastica vel solutione alicujus pontificum, aut ipsius papae urbis Rome, hujusmodi violabunt conventionem vel juramentum. Hec autem omnia custodient Venetici bona fide, sine fraude et malo ingenio, quamdiu ab imperio eorum et imperatoribus, qui deinceps erunt, integre conservantur, que nobis promissa sunt a sanctissimo imperatore domino Alexio Comnano per crisobulum imperii ejus. »

Et que quidem suprascripti prudentissimi legati nobilissimi et fidellissimi imperio meo protosevasti et Ducis Venetie, Henrici Danduli, ad imperium meum et Romaniam pepigerunt et juraverunt, et in scripto ab eis subscripto comprehendentes imperio meo tradiderunt, jurandi (57) et ab ipso Duce eorum et tota Venetia hec. Imperium autem meum hec suscipiens, presens chrysobulum verbum suum transmisit nobilissimo et fidellissimo imperio meo protosevasto et Duci Venetie et universae Venetie plenitudini per imperii mei legatum illuc directum, per honorabillissimum et familiarem imperio meo protonotarium (58) vicedominum Theodorum Aulicalamum (59), quod chrysobulum verbum scilicet promittit eis, quoniam nobillissimo duce eorum protosevasto et magno et parvo consilio Venetie, ac alia ejus plenitudine suscipientibus hoc sacramento quoque secundum suam consuetudinem confirmantibus, et in scripto ponentibus hec omnia continenti, et propriarum suarum manuum subscriptionibus id consummantibus, et cum predicto protonotario imperio meo id mittentibus, tradetur eis ab eo presens chrysobulum verbum imperii mei, corroborans et confirmans fidellissimis imperio meo Veneticis antiquitus facta chrysobula a sempiterne memorie imperatore et proavo imperii mei, domino Alexio Comnano et filio ejus imperatoris, domino Johanni, et dilecto patruo imperii, domino Manuele Comnano; insuper et facta eis chrysobula ab imperante dilectissimo fratre imperii mei, domino Isaakio Angelo super hiis, que promissa sunt eis per ea, tam jam complectis quam et non adhuc finem capientibus, et efficatiam ac incommutatio-

A nem habebunt, et tamquam facta ab imperio meo deputabuntur. Corroborat enim et confirmat ea imperium meum per presens chrysobulum verbum suum et precipit, eos conversari salvos et sine timore in omnibus regionibus imperii mei, in personis et peccuniis eorum, tam ab hominibus imperii mei, quam et ab ipso imperio meo, habere quoque ipsos et omnia tenumenta, que habebant tempore super eos prevenientis ire semper memorandi imperatoris patrui imperii mei, domini Manuelis Comneni. Et si ob servitium, quod imperio meo fecerint vel imperaturis, prout in superius ordinato scripto legatorum Veneticorum declaratur, et si supervenerit eis a coronata persona vel magna

B gente guerra, debet imperium meum vel per tempora imperaturi, sicut in ipsa conventione declaratur, eos adjuvare, prout deberet adjuvare unam de magnis civitatibus Romanie. Insuper, si et imperium meum aut imperaturi fecerit amorem aut treguam cum aliquo inimico, contra quem servierint imperio nostro, debet imperium nostrum eos inducere in talem illum amorem vel treguam.

Promittit et eis licentiam habere in omnibus regionibus imperii mei, tam in hiis, que circha litus sunt, quam et in hiis, que infra terram, et in ipsis insulis, et simpliciter in omnibus partibus, que sub potestate nostre pie sunt tranquillitatis, omnem mercationem exercere, et emere atque vendere omnem speciem in regionibus imperii mei nascentem, et ex aliis regionibus in eas allatam sive per

C naves per mare, sive per samaria vel plaustra per terram; et nec comercium aut pedagium vel passagium aut samariaticon vel portuaticon aut savuraticon aut causa onerandi aut scalaticum, nec aliam aliquam census appeticionem a navibus in Romaniam venientibus vel a samariis vel plaustris per omnes regiones imperii mei transeuntibus ex consuetudine exactum (60) exigentur.

Insuper et, quoniam in quibusdam regionibus imperii mei molestiam et infestationem non parvam Veneticos imperio meo fidelissimos (61) jam dicti prudentissimi legati Venetie, Petrus Michael et Octavianus Quirinus, meo suggessere imperio, eo quod clare in chrysobolliis prius eis factis ipse non

D sint ordinate : imperium meum et a tali molestia volens fidelissimos et Veneticos liberare, et nominatim omnes regiones, que sub Romania sunt, in quibus mercari debent, ordinare in presenti chrysobulo meo placuit imperio. Que sunt iste videlicet : Provintia Dirrachii (62) cum illis, que in ea sunt personarum et ecclesiarum immobilibus. Provincia Jericho et Caninon cum omnibus in ea immobilibus existentibus. Provincia Joaninon. Provincia Drynupoleos. Similiter provincia Dyavoleos.

(57) Fortasse *jurabuntur*.

(58) Editores notant : « Sic nos ex compendio libri albi ; *præconium* lib. pact. »

(59) Idem : Lege *Auriculanum*.

(60) Lege *exactam*.

(61) Editores volunt : *Venticorum — fidelissimorum*.

(62) Geographica optime illustravit Tafelius l. l. in adnotationibus, quas consule.

Provincia Colonie. Provincia Achrydos. Provincia Prespe. Provincia Castorie. Provincia Servion. Provincia Triadice et Vvelevusdii. Provincia Nisi et Vranisove. Provincia Scopie cum episkepsi Coriton. Provincia Sagorion. Provincia Malesovii et Morovisdii. Provincia Strumice. Provincia Prilapi et Pelagonie ac Molyscii, nec non et Mogreno. Provincia Verias cum catepanikio Cetri. Provincia Vbleri, Strimonos et Thessalonices. Provincia Nicopolon cum episkepsibus in ea existentibus personalibus, ecclesiasticis et monasterialibus, et cum ipsis episkepsibus subjacentibus intimis consanguineis imperii mei, semper felicissimis sevastocratoribus Cesaribus et dilectis imperii mei filiabus, ac desideratissime ipsi mee Auguste. Insula Coryphy, Kephalini, Zakintos, Leukas, Ithaki, Orion Patron et Methonis. Orion Corinthii, Argus et Nauplii. Orion Thebarum et Euripii, cum insulis Andro et Caristo, Keo, Milo et in ceteris insulis, que sub Antro sunt et Caristo. Dodeconissos. Mitilinim. Chios. Samos. Rodos. Kos. Strovilos. Kriti. Kipros. Orion Athenarum. Provincia Velechative. Provincia Valachie. Episkepsis Dimitriados. Duo Almeri. Episkepsis Crevennicon et Fersalon. Episkepsis Domocu et Vesenis. Chartularata Ezeros, Dobrochuvysta, et que sub ipsa sunt ville. Tricala. Provincia Larisse. Episkepsis Platamonos. Provincia Thrakis et Macedonie, et que in ea sunt [episkepses] physcales et personales. Episkepsis Kerovachii. Silivria. Episkepsis Zurlii et Theodorupleos. Episkepsis Messinis, Archadiupleos et Vulgarophigi. Provincia Cheronissi. Provincia Adrianupleos et Didymotichi. Provincia Branchialii. Provincia Phylipuleos, Veroys, Moras et Archridii. Provincia Mesothinie Episkepsis Damatrios. Povincia Nicomedie, Episkepsis Pillarum et Pithion. Provincia Opsikin et Eegeu cum episkepsi Lopadiu et Appoloniade. Provincia Acherau. Provincia Atramyti. Provincia Milasis et Melanudii. Provincia Meandri. Provincia Neochastron. Provincia Philadelphye. Provincia Attalie, Seleukie, Antiochiae, Laudikie; et usque ipsam Antiochiam; et simpliciter in omni tenumento, quod sub meo est imperio, sive secus litus aut infra terram. In omnibus enim talibus regionibus imperii mei et Romanie, vel phiscales sint aut ecclesiastice vel subjecte secretis sacrarum domuum aut ipsis intimis cognatis imperii mei, per omnia fellicissimis sevastocratoribus et Cesaribus, ipsis dilectis filiabus imperii mei, nec non et ipsi mee dilectissime Auguste, sine impedimento erunt mercantes, et in ipsa etiam urbium regina nullam mollestiam ab aliquo sustinentes, nec etiam ex toto usque unum obolum pro commercio vel passagio vel samariatico vel scaliatico vel portuatico vel pro aliquo aliò capitulo requisiti; eandem etiam libertatem habebunt et ab eis conducta samaria et plaustra, et nec ab is aliquid ab aliquo requiretur. Immo quiete et sine aliqua datione omnis [regiones] imperii mei transibunt, et nec que ab eis conducentur samaria vel plaustra, vel qui eis servierunt agogiate, requirentur aliquid; nec qui eis aliquam speciem vendiderint vel ab eis emerint, exigentur commercium pro illa tali specie vel pratikium, quod deberet accipere fiscus vel practor illius regionis, in qua fit mercatio, nisi Veneticis hoc venderetur, sed hominibus commertium dare debentibus. Placet enim imperio meo, nullum eorum, qui sub potestate imperii Romanorum sunt et cum Venetic s mercantur, in omnibus regionibus imperii mei, sive cum eis vendiderit aut adeo cum aliquo aliquid emerit, dare quicquam pro commercio vel pro aliqua alia exactione; sed eos esse liberos, tanquam et ipsi, qui commercium dare debentibus mercantur. Si quis vero ausus fuerit in aliquo eos inquietare, vel aliquid ab eis auferre, qua magna ira imperii mei erit infestandus, et quod auferetur, in quadruplum redditurus. Et hec quidem de libertate fidellissimorum imperio meo Veneticorum, quam in omni tenumento imperii mei habebunt.

Insuper, quoniam quidem jam dicti legati prudentiss mi Venetie, Petrus Michael et Octavianus Quirinus, retulerunt imperio meo, quia ex non scripto usque et nunc causis inductis ab aliquo Grecorum contra aliquem Veneticum, a legato Venetie per tempora in magna urbe existente judicatis et solutis, interdum quidam Grecorum quibusdam civilium judicum vel in palatio imper. mei custodientium accedentes adtractiones gravissimas fidellissimis imperio meo Veneticis superinducunt, et in carcerem retrudi eos faciunt, et omnibus aliis dedecoribus subici; deprecati sunt igitur imperium meum, ut et tale capitulum pe presens chrysobulum verbum imperii mei solvatur, et concedatur eis, quod Greco quidem contra Veneticum agente in pecuniali causa, a legato Venetie, qui tunc in magna erit urbe, judicium fieri debeat; Venetico vero contra Grecum similiter agente, si quidem, qui tunc fuerit cancellarius vie (65), in magna urbe iverit, apud eum causa moveri et judicari debeat: si vero forte ipse in magna urbe non fuerit, tunc apud magnum logariastam cause judicentur: graviter quidem Imperium meum talem eorum accepit et peticionem et ex toto ad ejus complementum annuere nolebat. Sed quoniam multa instancia predeclarati legati ad imperium meum fecerunt, et ne talis eorum deprecatio non exaudiretur, magnis precibus supplicaverunt, ut hoc solo capitulo separare Venetiam a Romania valente, imperium meum puram fidem et bonam circha Romaniam Venetie voluntatem non ignorans, insuper et predeclaratorum prudentissimorum Venetie legatorum, Petri Michaelis et Octaviani Quirini, magno instantie ac supplica-

(65) Logotheta dromi indicari videtur. Infra « Vie logotheta. »

tioni inflexum, precipit [per] presens chrysobulum verbum, quod Greco quidem contra Veneticum in peccuniaria causa agente, legatus, qui per tempora in magna urbe erit, tale judicium perscrutetur; et scripto quidem demonstrato a Greco tavulario composito, certificato etiam ab aliquo judicum veli et epi tu yppodromi vel semiomate alicujus predictorum judicum, aut et ab aliquo pontificum vel ab aliquo tavulario vel judice, per quem apud Veneticos dignum fide habeatur, secundum hujusmodi scripti conprehensionem decisionem cause superinduci. Sic etiam quod per qualecumque tempus a nobilissimo et imperio meo fidelissimo protosevasto et duce Venetie ad magnam urbem mittetur legatus, et qui sub eo judices, statim post in magnam urbem eorum introitum ostendi debeant ei, qui tunc erit vie cancellarius, aut si ipse tunc cancellarius tunc in Constantinopoli non fuerit, ei, qui tunc erit magnus logariasta; et ab eo debeat mitti ad ecclesiam Veneticorum per magnum interpretem, vel si ipsi non fuerit, per aliquem curie alium interpretem, et per unum eorum, qui cancellarie scriptis deservient, aut per unum secreticorum magni logariastae, si talis gramaticus tunc presens non fuerit; et in medio ipsius Veneticorum ecclesie in audientiam tocius plenitudinis Veneticorum tunc in Constantinopoli existentium debeant jurare, quod recte et juste et sine susceptione personarum vel alicujus doni dati vel promissi juditia, que inter Grecos actores et Veneticos reos erunt, facient, nec aliquod adjutorium Veneticis tribuent, sed equa lance utriusque causam tam Greci quam et Venetici discernent et judicabunt: Venetico reo donare debente Greco actore calumpnie sacramentum, ipso Venetico solo jurare debente decisionis cause sacramentum, ita, quod integre decisionis cause sacramentum Veneticus Greco possit referre, si vult, prout et de hoc prudentissimi legati Veneticorum meum deprecati sunt imperium. Et hec quidem, Greco contra Veneticum agente. Si vero Veneticus contra Grecum egerit, apud tunc cancellarium vie, vel eo a magna urbe absente, apud magnum logariastam querellam debeat proponere, et scripto quidem fide digno existente actori Venetico, quamvis a Greco tavulario aut judice veli et epituyppodromi, aut a pontifice vel Venetico tabulario vel judice sit compositum, secundum hoc utique causa decidetur. Scripto vero actori non existente, secundum ipsum jus et actor Veneticus judicabitur, et donabitur quidem et contra ab eo Greco calumpnie sacramentum. Jurabitur autem et ab ipso Greco ipsum decisionis cause sacramentum ita, quod Venetico possit referre e contra. Et secundum presentem formam presentis scripti hujus chrysoboli imperii mei, ex nunc et deinceps juditia peccuniaria inter Veneticos et Grecos decidantur.

Preterea quidem, si de seditione vel repugnatione inter Grecum et Veneticum existente moveatur causa, magna quidem existente seditione et ad multitudinem deventa et ad homicidium forte perveniente aut magnas plagas, tunc cancellarius vie, vel eo a magna urbe absente, tunc presens (64) in palatio Vlachernarum primiceriorum et stratiotarum hujusmodi perscrutabitur causam, et ut ab eo cognoscetur, solvet et ulciscetur; parva vero et ad unum vel ad duos deducta, si quidem vulneratus plagam mediocrem sustinens aut injuriam Veneticus fuerit, apud tunc cancellarium vie, vel eo a magna urbe absente, apud tunc magnum logariastam querellam proponat, et secundum leges vindictam habebit. Si vero Grecus fuerit ydiota quidem, et non ex senatus consulto aut de clarioribus hominibus curie imperii mei consistens, apud legatum Veneticorum et sub eo judices de injuria et dedecore movebunt causam, et ab istis suscipiet vindictam. Diligenter enim imperium meum confidit, quod super hujusmodi capitulis sacramenta pro justicia intervenientia Venetici, quibus judicium est commissum, non despicient, immo similiter et in hujusmodi causis justiciam custodient, quemadmodum et in peccuniariis, et non tantum honorem vel dedecus sive proficuum vel dampnum Veneticorum curabunt, quantum eorum sacramenta, que ab eis pro justicia fient, in omnibus bene custodire et observare. Ne autem longa sequatur mora in judiciis inter Grecos et Veneticos futuris, nec libelli dies nec interdictorum usque in viginti vel triginta, prout communiter secundum leges tenetur, connumerari meo placet imperio, sed secundum novam constitutionem sempiterne memorie imperatoris et dilecti patrui imperii mei, domini Manuelis Comneni, factam de judiciis, que inter extraneos et indigenas cives conversantur.

Iusuper et aliam peticionem sepius declaratam prudentissimi legati ad meum fecerunt imperium justissimam et meo acceptabilem imperio. Petierunt enim, ut Venetico in aliqua regione imperii mei moriente nullam practori terre ad bona defuncti Venetici fieri accessionem, immo secundum placitum Veneti defuncti ejus dispensentur res vel ab ejus fideicommissariis, si testamentorie contingit eum obiisse, vel ab hiis qui reperirentur tunc ibi Veneticis. Annuit igitur imperium meum et tali eorum peticioni, et per presens scriptum auro signatum chrysobulum verbum jubet: nulli in tota Romania aliquod dominium exercenti, sive practor provincie sit, sive villicus personalis vel monasterii aut ipsorum intimorum cognatorum imperii mei, et ipsorum etiam felicissimorum sevastocratorum et Cesarum vel dilectorum liberorum imperii mei aut ipsius dilectissime mee Auguste, licere ullo modo in Venetlcorum defunctorum res manus inmittere, et aliquid ex eis usque ad unum obolum accipere,

(64) Forte *præses*.

sed intacta omnino custodire tam a manu dimosii quam a manu personarum et monasteriorum, potestati defuncti vel procuratorum ejus sive ab intestato heredum custodita. Scire autem oportet : ille, qui ausus fuerit contra presens preceptum imperii mei facere, quod in quadruplum reddet ablatum, et per competentem punietur correptionem, tunc vie logotheta existente seu magno logariasta talis capituli vindicte supervigilare debente et secundum presens preceptum imperii mei vindictam facere.

Omnia igitur, que per presentis chrysobuli verbi ab imperio meo corroborata, ex (65) gratia donata generi Venetlcorum imperio meo fidelissimorum, incorrupte et inmutate custodita erunt, quousque

(65) Melius *et*.

A et Venetici ad imperium meum et Romaniam fidem secundum ea, que ab eis pacta et jurata sunt et in supraordinato scripto prudentissimorum legatorum declarata, immutata et incorrupta custodierint. Ad hoc enim et presens chrysobulum verbum imperii mei fidelissimis imperio meo traditum est Veneticis, firmum et inviolatum habere debens.

Factum mense Novembri presentis secunde indictionis sex millesimi septingentesimi septimi anni, in quo et nostrum pium et a Deo promotum subsignavit imperium.

ALEXIUS in Christo Deo fidelis imperator et moderator Romanorum Angelus.

ANNO DOMINI MCXV

NEOPHYTUS PRESBYTER.

NOTITIA

(Ex Joanne Bapt. Cotelerio in not. ad tom. II Monum. Eccl. Græcæ.)

Istius Neophyti, monachi et inclusi, Sermones exstant in codice membraneo bibliothecæ Colbertinæ. Nam præter titulum conveniunt tempora. Oratio quippe ipsius quinta est de monacho per dæmonem decepto, anno mundi 6693, id est Christi 1185, paucis annis ante captam Cyprum ab Anglis. Quam historiam referunt multi. Videsis Allatium *De utriusque Ecclesiæ consensione* lib. II, cap. 13, et Fresnii *Familias Byzantinas*, p. 184. Alius Neophytus Inclusus, ὁ ἀπὸ τῆς μονῆς τῆς Εὐεργέτιδος, paulo nostro antiquior, memoratur in Catalogo episcoporum Byzantii, p. 303 *Juris Græco-Romani*, de quo t. I, p. 741, 742.

ΝΕΟΦΥΤΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ

ΜΟΝΑΧΟΥ ΚΑΙ ΕΓΚΛΕΙΣΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΧΩΡΑΝ ΚΥΠΡΟΝ ΣΚΑΙΩΝ.

NEOPHYTI PRESBYTERI

MONACHI ET INCLUSI

DE CALAMITATIBUS CYPRI.

1. Nubes obtegit solem, et nebula montes collesque; unde per aliquod tempus cohibetur solis calor et splendidus radius. Nos quoque jam a duodecim annis coercet nubes ac nebula sibi mu-

α'. Νεφέλη καλύπτει ἥλιον, καὶ ὀμίχλη ὄρη καὶ βουνούς· δι' ὧν ἀπαίργεται θάλψις καὶ φωτευγὴς ἡλίου ἀκτὶς χρόνῳ τινί. Εἴργει δὲ καὶ ἡμᾶς δώδεκα χρόνους ἤδη νεφέλη καὶ ὁμίχλη ἀλλεπαλλήλων δεινῶν

τῶν τῇ χώρᾳ συμβεβηκότων. Κρατηθείσης μὲν γὰρ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ τοῦ ἀθέου Σαλαχαντὶ, τῆς δὲ Κύπρου ὑπὸ Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ, μάχαι λοιπὸν καὶ πόλεμοι, ταραχαὶ καὶ ἀκαταστασίαι, λαφυραγωγίαι καὶ δειναὶ συναντήσεις, τὴν γῆν ἐν ᾗ οἱ δηλωθέντες ἦρξαν κατεκάλυψαν νεφέλης καὶ ὁμίχλης πλέον. Ἰδοὺ γὰρ ὁ ζωηφόρος τοῦ Κυρίου ἡμῶν τάφος καὶ τὰ λοιπὰ ἅγια ἐδόθησαν τοῖς κυσὶ Μουσουλμάνοις διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ δακρύει ἐν τῇ τοιαύτῃ συμφορᾷ πᾶσα ψυχὴ φιλόθεος· *Ταραχθέντα δὲ καὶ τὰ ἔθνη, καὶ βασιλεῖαι κλιθεῖσαι*, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὁ Ἀλαμανίας, φημὶ, καὶ ὁ Ἐγκλινίας, καὶ πᾶν ἔθνος σχεδὸν, κεκίνηνται ὑπὲρ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἤνυσαν οὐδέν. Οὐδὲ γὰρ ηὐδόκησεν ἡ πρόνοια κύνας ἐξῶσαι καὶ λύκους ἀντεισάξαι. profecerunt. Neque enim placuit divinæ providentiæ, canes expellere, ut lupos in eorum locum induceret.

A tuo succedentium calamitatum, quæ regioni nostræ contigerunt. Etenim obtenta Hierosolyma per impium Salachanti seu Saladinum, et Cypro per Isaacium Comnenum, deinceps pugnæ et bella, tumultus ac seditiones, deprædationes sævique casus terram in qua prædicti imperarunt magis cooperuerunt, quam nubes et nebula. Ecce enim vivificum Domini nostri sepulcrum, cæteraque sancta, tradita sunt propter peccata nostra canibus Musulmanis; quare in tanta calamitate lacrymatur omnis anima quæ Deum diligit; sed et juxta id quod scriptum est, *Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna* [1]: Alamaniæ, inquam, monarcha (1), et ille Angliæ (2), cunctæque propemodum nationes pro Hierosolymis motæ sunt, nec quidquam

β'. Καὶ ἰδοὺ ιβ' χρόνους ἐπὶ τὸ χεῖρον τὰ κύματα κορυφοῦνται. Ἔστι τε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ἡμῶν ὁ πνευματικὸς, πρὸς ὃν δηλαδὴ ταῦτα ἐγράφομεν, τὰ δεινὰ μὴ ὑποφέρων βλέπειν τε καὶ ἀκούειν καὶ ἐκ μέρους αὐτῶν πάσχειν, μετὰ πολλὰς περινοίας καὶ μηχανὰς ἐξέφυγε χεῖρας μιαιφόνους σὺν παντὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ θείᾳ βοπῇ, καὶ προσφοιτήσας Ἀγγέλῳ τῷ βασιλεῖ Κωνσταντινουπόλεως, προσεδέχθη ἐντίμως, καὶ τὸ σεβαστοῦ γέρας εἴληφεν ἐξ αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ τὴν ὑπόσχεσιν ἐκπληρῶν, ἰδοὺ σὺν Θεῷ γράφω καὶ τὰ ἐπίλοιπα, ὡς ὑπεσχόμην, τοῖς ἐντυγχάνουσι παραδηλῶν τὴν ἐνεστῶσαν δυσχέρειαν τῶν πραγμάτων· ἧτις ἄρα δυσχέρεια ποῦ δὴ κατελήξει, οἶδεν οὐδεὶς ἐν ἀνθρώποις, εἰ μὴ μόνος ὁ ἐπιτιμῶν τῇ θαλάσσῃ καὶ τοῖς ἀνέμοις, καὶ γαληνιῶσιν. Ξένα τινὰ καὶ δυσήκουστα, τὰ τῇ χώρᾳ ταύτῃ συμβεβηκότα δεινά· καὶ τοιαῦτα ὡς πάντας τοὺς αὐτῆς πλουσίους ἐπιλαθέσθαι πλούτου αὐτῶν, λαμπρῶν οἰκημάτων, συγγενῶν, οἰκετῶν, ἀνδραπόδων, πλήθους ποιμνίων, βουκολίων, λαχινιῶν (3), βοσκημάτων παντοίων, χωρῶν σιτοφόρων, καὶ παμφόρων ἀμπέλων, καὶ παραδείσων ποικίλων, καὶ μετὰ πολλῆς σπουδῆς ἀποπλεῦσαι λάθρα πρὸς χώρας ἀλλοδαπὰς καὶ πρὸς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων. Ὅσοι δὲ διαφυγεῖν οὐκ ἴσχυσαν, τίς ἱκανὸς ἐκταγῆσαι τὰς θλίψεις αὐτῶν, τοὺς ἐτασμοὺς, τοὺς δημοσίους φυλακισμοὺς, τὴν ὀλκὴν τῶν ἀπαιτουμένων χρημάτων, μέχρι χιλιάδων τόσων καὶ τόσων; Ταῦτα δὲ συγκεχώρηται γενέσθαι δι' ἁμαρτίας ὄγκον ψήφῳ Θεοῦ δικαίᾳ· ἵνα, ταπεινωθέντες, καταξιωθῶμεν ἴσως συγγνώμης.

2. Et ecce jam duodecimus annus est, ex quo in pejus fluctus tument. Ipse præterea spiritualis filius noster, ad quem videlicet ista scripsimus, ærumnas nec videre nec audire nec ex parte ferre valens, post multa solerter et artificiosè facta, crudeles manus cum omni populo suo, per gratiam Dei effugit; cumque se contulisset ad Angelum Constantinopolis imperatorem, honorifice exceptus est, atque sebasti dignitatem ab eo accepit. Ego vero quod promiseram adimplens, ecce Deo juvante, etiam reliqua scribo, juxta pollicitationem meam, iisque qui lecturi sunt notam facio præsentem rerum difficultatem; quæ sane difficultas, quo cessura sit, nullus inter homines novit, nisi solus ille qui increpat mare ac ventos, et ad tranquillitatem redeunt [2]. Mala quæ in hac regione evenerunt, mira sunt, vixque possunt audiri; atque sunt ejusmodi, ut cuncti hic divites obliti fuerint suarum divitiarum, splendidarum ædium, cognatorum, domesticorum, mancipiorum, multitudinis gregum, armentorum, porcellorum, pecudum omnis generis, agrorum frumenti feracium, vinearum fertilissimarum, variorumque viridariorum; atque cum multa festinatione clam ad extraneas regiones et ad urbium reginam (4) abnavigaverint. Eorum autem qui effugere non potuerunt, quis sufficiet tragice enarrandis angustiis, disquisitionibus, publicis in carcerem conjectionibus, postulatarum pecuniarum quantitate usque ad tot millenaria. Cæterum hæc fieri permisit justum Dei judicium, ob peccati gravitatem, ut ad humilitatem redacti, venia fortasse digni habeamur.

Γ'. Χώρα ἐστὶν Ἰγκλιτέρρα πόρρω τῆς Ῥωμανίας κατὰ βορρᾶν, ἐξ ἧς νέφος Ἰγκλίνων σὺν τῷ ἄρχοντι αὐτῶν, εἰς πλοῖα μεγάλα λεγόμενα νάκκας

3. Regio est Anglia, longe a Romania ad aquilonem, e qua Anglorum nubes cum eorum principe conscensis magnis navigiis, quæ nacæ (5) appellan-

[1] Psal. xlv, 7. [2] Matth. viii, 26.

(1) Fridericus I.
(2) Richardus.
(3) *Λαχινιῶν*. Divinavi λαχτινιῶν, ac tentavi de porcellis exponere, quasi λαχτίνιον et λαχτάρι; idem sint; qua de postrema voce egi t. I. Sed in re obscura suo quisque utatur arbitrio. Suspicabitur fortasse nonnullus λαγινιῶν a λαγίνη, lepus.
(4) Constantinopolim.
(5) Glossar. Fresnii.

tur, ad Hierosolymam trajecerunt. Nam tunc Alamanorum princeps cum nongentis millibus militum, uti aiunt, expeditione suscepta, ad Hierosolymam ipse quoque tendebat : cumque prætergressus fuisset Iconii tractum, et Orientales partes pertransiisset, exercitus longitudine viæ, et fame et siti labefactatus est; ipsorum vero imperator, equo vectus, in quodam flumine submersus et suffocatus est. Anglus autem ad Cyprum appellens, homo miserrimus invenit eam, tanquam nutricem matrem : quod si non contigisset, is quoque forsan eadem passurus fuisset quæ Alamanus. Qua porro ratione capta sit Cyprus, id etiam cursim narrabo.

4. Quando usus postulaverit, ut beatæ memoriæ pissimus imperator Manuel Comnenus quemdam mitteret custodem ad imperialia Armeniæ præsidia, unum e cognatione sua mittit, admodum juvenem, Isaacium nomine, qui per aliquot annos castra cum servavisset, bello cum Armeniis conflixit : a quibus captus, venditur Latinis. Hi hominem ferro vinctum per annos non paucos detinuerunt. Nam obierat imperator Manuel ipsius avunculus, imperiumque reliquerat Alexio filio suo qui etiam puer erat : qua de causa, cum eo imperans ejus patruus Andronicus, juvenculum interemit, imperiumque occupavit. Exoratus autem a senatu, mittit plurimum pretii, atque a Latinis redemit memoratum Isaacium. Qui in Cyprum veniens, obtinet eam, et proclamatur imperator. Perque annos septem inibi dominatur. Insulam autem non tantum vexavit, divitumque bona omnino diripuit, sed et proceres suos quotidie exagitabat et affligebat, adeo ut omnes in angustiis viverent, modumque aliquem quærerent quo possent ab illo effugere.

B 40. Nec enim pulchrum jejunii metallum cum charitatis aureis non commiscetur inventis; sed et istud bonum ipsi, sicut et ipsum præcedentibus, admiscetur. Scimus omnes, quibuscunque datur scire, charitatem in nobis a jejunio generari, non solum eam, quæ, ut ita dicam, inhærens est; sed et transgredientem, vel, ut aliter loquamur, eam quæ ad se tendit et eam quæ ad alios extenditur. Dico autem insidentem et ad se tendentem charitatem quæ ad jejunantem, eumque solum, circumscribitur. Talis est ille qui seorsum in spe Deo inhærente constituitur, et in eremo vitam agit, ubi solus eum Dominus considerat. Hic enim solitarie charitatem habet in se insidentem, et ipse solus illam perficientem sentit affectionem hujus

C virtutis radios ad lucendum aliis non expandens, sicuti nec sol, quantum sub terra contegitur.

41. Talis est quidem charitas, ut typice breviterque loquar, insidens et sibi sentiens. Illa vero transgrediens et ad alios aspirans, sui bonum non circumscribit ad unum quemdam, sed ad commune, quodcunque sit et qualecunque, distributiva expandit. Hic ergo qui non homines latet jejunans, nec sibi proposuit anachoretice vivere, et ita, non tantum hominibus, sed etiam, si possibile foret, et ipsi soli absconditus esse, manifestare vero proposuit tum semetipsum, tum quod in se est lumen, in vitæ tenebris, et ita conspicuus esse, ad id, quod

D virtutis est divinius, et quod Deo magis propinquat, tendit. Etenim Deus non contentus est proprium bonum, comprimens et coarctans, in semetipsum conglobare, sed expandens evolvit illud; et sic quasi perpetuo benefacta multiplicat: nam haud quievit quia semel operatus est, sed usque nunc etiam operatur.

42. Et ita quidem jejunium aurea scala est et cæterarum virtutum et ipsius charitatis, qua quidem jejunantium aliquibus apathia generatur, sæpius autem passionum moderatio. Et est quidem ille felicissimus successus, quando quis adeo contra passiones sit et invictus, ut non audeat illum lacessere turbata ratio fortis nec illi insultare qui talibus præest, diabolus. Ad passiones enim talis homo se habet, quasi non cognosceret quid sit malum, et quasi non esset homo subjacens passio-

nibus. Et ita quidem ille revera felicissimus est: felix autem etiam est posterior, qui luctatur quidem et agitatur, sed non dejicitur; pugnat quidem adversus animæ turbinem, sed superest et strangulat veluti Samson leonem, et quasi super aspidem et basiliscum ambulat, et non mentitur hominem vere fortem, ipse, juxta proverbium, violentus, rapiens virtutem, pancratice quidem debellans, victus autem nunquam decidens. Prior quidem vere rex adversus passiones est, posterior autem subregulus. Ideo et ille rationem non habet reddendam: de quo enim ab illo ratio requireretur, qui nihil Deo displicens agit? Hic autem haberet forte rationes, ut videtur, tali regi reddendas, quasi non cito potitus victoriæ, vel legem athleticæ transgrediens, quando non juxta discretionem operatur: cujus discretionis fines sunt qui non recte attingunt, cum jejunantes a canonibus diriguntur. Perficit autem et in ipsis talem discretionem charitas erga fratres. Hac enim semetipsum regulans qui moderationem erga se et circumstantes se adhibet, invictus egredietur athleta, partim quidem paululum cedens, partim vero vim adhibens; et sic ipse quoque bonum rapiens; ita ut qui sine passione est, ignoret, simplicitatis causa, quid peccatum aut peccare sit; qui vero moderationem in passionibus habet, scienter quidem ex regula boni, quid non sit bonum etiam cognoscat, sed vi regnum cœlorum rapiat.

43. Sic constituto nobis et isto negotio, superadjicio de precatione talentum, atque de plenissima talentum misericordia. Superius enim aliquid breve de hujus nummulo proposuimus. Horum autem duorum talentorum illud quidem tendit ad ipsum Deum, ad quem ascendere bonæ preces ostendunt; hoc autem ad illius fratres, qui nobis minimi videntur, sed aliter apud Deum adstant, a quibus etiam nostræ preces ad illum trajiciuntur.

44. Mysterium expromo vobis sacerdotale, in quo seorsum precantes, cum sacra facimus, rogamus ut Dominus protegat eos qui pauperum quoque recordantur, ita ut precationis hora illos assumens, quotquot fratrum ejus meminerunt, ad Deum coram ipsius sanctissimo throno sistat. Qui vero tales non sunt non illic appropinquant. Janitores ergo sunt et confidentes patroni, Dei servi tales ipsius fratres. Utendum est igitur his mediatoribus in his quæ sunt ad salutem; non gratuito, sed juxta retributionem, quæ a Deo venit. Quæcunque enim fratres accipiunt, etiam cum Deo partiuntur; exinde gratiam ille retribuit, propria lege coactus ad remunerationem. Manifestum est autem charitatem, quæ talia bona perficit, in his quoque partem habere.

45. Nec igitur aliquorum gratia, precatio sanctificatur iis qui non diligunt, nec misericordia. Considerandum autem est, fratres, quod vobis misericordiam propono, non qualemcunque, sed

ἐστι τὸ κακὸν, καὶ ὡς εἰ μηδὲ ἄνθρωπός ἐστιν, ὑποκείμενος πάθεσι. Καὶ οὕτω μὲν αὐτὸς τῷ ὄντι μακαριώτατος· μακάριος δὲ καὶ ὁ δεύτερος, ὃς παλαίει μὲν καὶ στροβεῖται, οὐ καταβρίπτεται δέ· καὶ πυγμαχεῖ μὲν κατὰ τοῦ ἐμπαθοῦς τῆς ψυχῆς, περιγίνεται δὲ καὶ ἄγχει, ὡς οἷα καὶ Σαμψὼν λέοντα, καὶ ὡς ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβαίνει, καὶ οὐ ψεύδεται τὸν ὄντως ἀνδρεῖον ἄνθρωπον, πρὸς βίαν κατὰ τὸν εἰπόντα κτώμενος τὴν ἀρετὴν, καὶ παγκρατιάζων μὲν ἀεθλευτικῶς, οὐκ ἐκπίπτων δέ ποτε δεύτερος. Καὶ ἔστιν ὁ μὲν πρῶτος βασιλεὺς τῷ ὄντι κατὰ τῶν παθῶν, ὁ δὲ δεύτερος ὑποβασιλεύς. Διὸ καὶ ἐκεῖνος μὲν ἀνεκλόγιστός ἐστιν. Ἐπὶ τίνι γὰρ ἂν καὶ λογιστευθήσεται ὁ μηδέν τι ὁρῶν ἀπαρέσκον Θεῷ; Ὁ δὲ ὑπόσχοιτο ἂν ποτε λόγους, ὡς εἰκὸς, τῷ τοιούτῳ βασιλεῖ, ὡς ἢ μὴ ταχὺ κυριεύων τῆς νίκης, ἢ καὶ ὑπερβαίνων τὸν τῆς ἀθλήσεως νόμον, ὅτε μὴ κατὰ διάκρισιν ἐνεργεῖ· ἧς διακρίσεως οὐκ εὐστοχοῦντες ἔστιν ὅτε οἱ νηστευταὶ πρὸς τῶν κανόνων εὐθύνονται. Ἀποτελεῖ δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς τὴν τοιαύτην διάκρισιν ἡ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἀγάπη. Ταύτῃ γὰρ ἑαυτὸν κανονίζων ὁ ἐγκρατευόμενος ἐπί τε ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ἀήττητος ἀεθλευτὴς ἀπεκβήσεται, πῇ μὲν ὑπενδιδοὺς, πῇ δὲ βιαζόμενος. Καὶ οὕτω καὶ αὐτὸς ἁρπάζων τὸ καλὸν, ὡς τὸν μὲν ἀπαθῆ ἀγνοεῖν ἁπλότητος λόγῳ, εἰ καὶ ἔστιν ἁμαρτία ἢ ἐξαμαρτάνειν, τὸν δὲ μετριοπαθῆ εἰδέναι μὲν ἐπιστημονικῶς κανόνι τοῦ καλοῦ καὶ τὸ μὴ καλὸν, βιάζεσθαι δὲ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

μγ'. Οὕτω καθεσταμένου ἡμῖν καὶ τοῦδε τοῦ πραγματεύματος, προσεπιτίθημι καὶ τὸ κατὰ τὴν « προσευχὴν » τάλαντον, καὶ τὸ κατὰ τὸν « ἔλεον » τὸν πληρέστατον. Ἀνόπιν γὰρ βραχύ τι τοῦ κατ' αὐτὸν προεβαλόμεθα κέρματος. Τούτων δὲ τῶν δύο ταλάντων τὸ μὲν ἀπονεύει πρὸς Θεὸν αὐτὸν, εἰς ὃν ἀναβαίνειν αἱ ἀγαθαὶ δηλοῦσιν εὐχαί· τὸ δὲ πρὸς τοὺς ἐκείνου ἀδελφοὺς, τοὺς ἡμῖν μὲν ἐλαχίστους προφαινομένους, παραστατοῦντας δὲ ἄλλως τῷ Θεῷ, ὑφ' ὧν καὶ αἱ εὐχαὶ πρὸς ἐκείνον διαπορθμεύονται.

μδ'. Μυστήριον ἐκλαλῶ ὑμῖν ἱερατικὸν, ἐν ᾧ καταμόνας εὐχόμενοι, ὅτε λειτουργοῦμεν τὰ θεῖα, θεοκλυτοῦμεν διὰ μνήμης εἶναι τῷ ὑπεραγάθῳ Κυρίῳ καὶ τοὺς μεμνημένους τῶν πενήτων, ὥστε ἡ ὥρα ἐκείνη τῆς εὐχῆς ἐκείνους προσλαμβανομένη παριστᾷ τῷ Θεῷ ἔμπροσθεν τοῦ κατ' αὐτὸν ἁγιωτάτου βήματος, ὅσοι τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ μέμνηνται. Οἱ δέ γε μὴ τοιοῦτοι οὐκ ἐγγίζουσιν ἐκεῖ. Θυρωροὶ οὖν καὶ εὐπαρρησίαστοι παραστάται, Θεοῦ θεράποντες οἱ τοιοῦτοι αὐτοῦ ἀδελφοί. Καὶ τοίνυν χρηστέον αὐτοῖς μέσοις τά γε εἰς σωτηρίαν· οὐ δωρεὰν, ἀλλὰ πρὸς ἀντίδοσιν, τὴν ἐκ Θεοῦ. Ἃ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ λαμβάνουσι, καὶ τῷ Θεῷ μερίζονται, κἀντεῦθεν ἐκεῖνος ἀντιχαρίζεται, νόμῳ ἰδίῳ βιαζόμενος πρὸς ἀντάμειψιν. Δῆλον δὲ, ὡς κἀνταῦθα ἡ ἀγάπη συμπαρεισδύεται, αὐτὴ ἀποτελοῦσα καὶ τὰ τοιαῦτα καλά.

με'. Οὔτε γοῦν εὐχὴ ὁσιοῦται ὑπέρ τινων τοῖς γε μὴ ἀγαπῶσιν, οὐδὲ μὴν ἔλεος. Χρὴ δὲ ἐπιστῆσαι, ὦ ἀδελφοὶ, ὅτι ἔλεον ὑμῖν ὑποτίθεμαι, οὐ τὸν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸν κανονικὸν, τὸν ἀπὸ δικαίου πονήματος, καὶ

λοιποῦ δὲ οὐκ ἀποτετραμμένου περιουσιασμοῦ, τὸν μὴ ἀπὸ κλεμμάτων, τὸν μὴ ἐξ ἁρπαγῆς, τὸν μὴ ἀπὸ συκοφαντιῶν καὶ διαβολῶν, μήποτε δὲ οὐδὲ τὸν ἐκ τόκου ἀθέσμου. Ἐλεημοσύνη γὰρ ἡ ἐκ τούτων ἀπρόσδεκτος τῷ Θεῷ, καθὰ καὶ ἡ ἐκ μισθοῦ πόρνης. Ὁ γάρ τοι ὀρθὸς καὶ ἀπηκριβωμένος ἔλεος ὑπερλίαν φιλεῖται τῷ ἐλεήμονι Θεῷ, Ἔλεον ἐθέλοντι, καὶ οὐ θυσίαν, τήν τε ἄλλην, καὶ οὐχ οὕτως οὐδὲ τὴν τῆς αἰνέσεως, εἴπερ ἐλέῳ μὲν καὶ αἴνεσις παντοία ἐπακολουθεῖ. Αἰνέσεις δὲ πολλὰς οἱ πολλοὶ ποιούμεθα ἐλέῳ ἀνεπιμίκτους.

μς'. Ἀλλὰ τί μοι παρέγειν εἰς προχείρισιν ὑμῖν σμικρολογικῶς τοῦτο, καὶ ἐκεῖνο, καὶ ἄλλο, καὶ λοιπά τινα ἐπ' αὐτοῖς Θεοῦ τάλαντα εὐαρίθμητα; Φέρε δὴ τὴν ὅλην γάζαν τοῦ μεγίστου βασιλέως ἡμῶν, αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸ θησαυροφυλάκιον, ἐν ᾧ πᾶν ἱερὸν κειμήλιον συνεσπείραται καὶ κατεσφράγισται, πιστεύω ὑμῖν· ἐξ οὗ ἔσται ἀναλέξασθαι ὡς πιστοὺς ὑμᾶς θεράποντας, ὁπόσα εἰς ζάνειον βούλεσθε· ἀφ' οὗ λαβόντες, αὐτοί τε ἀποπλήσετε τὴν Θεῷ ἀριστὴν ὀπλητίαν, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ κορβωνᾶν ἀφήσετε πάλιν μεστὸν καθὰ καὶ πρότερον. Τὸ γὰρ παραδοξότατον· ἅπαντες μὲν ἐκεῖθεν ἀρύονται οἱ τὰ θεῖα διψῶντες, καὶ σιτίζονται οἱ κατὰ Θεὸν πεινῶντες· ἡ δὲ τοῦ θησαυροῦ ἀποθήκη ἀεὶ ἐμπέπληται, καὶ τοῖς ἐθέλουσιν ἐξ αὐτοῦ λαμβάνειν μεμεστωμένη πρόκειται. Φύλαξ δὲ καὶ ταμίας τῆς τοιαύτης πλουσιωτάτης γάζης, τῆς καὶ παντοδαπῆς καὶ ἀνελλιποῦς, ὕστερον μὲν ὁ τῶν θείων εὐαγγελιστῶν καὶ λοιπῶν θειοτάτων ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ ἱερῶν κηρύκων πληθυσμός, πρὸ δὲ αὐτῶν ὁ μέγας βασιλεὺς καὶ θεοπάτωρ Δαυΐδ, ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸν τοιοῦτον ἀπόκρυφον πλοῦτον πεπιστευμένος, οὐχ ὥστε ταμιουχεῖν αὐτὸν ἡλίῳ ἀνεπισκόπητον διὰ τὸ ἀμετάδοτον, ἀλλ' ἵνα ἐν ἀσφαλεῖ φυλάττων αὐτὸν ποθητὸν ποιῆται τοῖς χρῄζουσι. Χρῄζουσι δὲ πάντως αὐτοῦ οἱ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ ἄνθρωποι, οἱ καὶ τὸν Δαυΐδ ποθοῦντες καὶ τὸν αὐτὸν βασιλεύσαντα Κύριον.

μζ'. Ἀλλὰ τίς ὁ θησαυρὸς οὗτος, ὁ καὶ ὀλίγος καὶ πάμπολυς, ὁ καὶ βραχὺς καὶ ἀναρίθμητος, ὁ τῇ ποσότητι μὲν σφιγκτός τε καὶ εὐπερίληπτος, τῇ δὲ ποιότητι πάμμεγας καὶ πάντα κόσμον ὀλβίζων ταῖς ἐξ αὐτοῦ ἀγαθοχυσίαις; Ἰδοὺ συνορᾶτε μετὰ προσοχῆς καὶ ἐπιστασίας ἀπηκριβωμένης, ὥστε συλλαβεῖν αὐτὸν ἐν βραχεῖ, καὶ εὐπεριλήπτως δράξασθαι ἐπὶ κέρδει βασιλείας αὐτῆς τῆς τοῦ Θεοῦ· καὶ συναχθέντες εἰς νοῦν, καὶ τὰς ὡς οἷον εἰπεῖν γραμμικὰς τῇ ψυχῇ ἀποτάσεις εἰς κύκλον στρίψαντες, ἐντεῦθεν δὲ καὶ ἀποσφαιρώσαντες εὐμεθόδως ὡς πρὸς μίμησιν οὐρανοῦ, ἐν ᾧ Θεὸς ὑπερκαθήμενος πάντα, ὅσα ἐθέλει, ποιεῖ, ἐμβλέψατε ταμιείῳ πλουσιωτάτῳ, ἐν ᾧ τὸ τῶν ἀρετῶν ἁπασῶν κειμηλιοῦται πλήρωμα. Ἔστι δὲ τὸ πολυτιμητον, φάναι δὴ μᾶλλον πάντιμον τοῦτ' ἔοικεν τῶν κειμηλίων τοιοῦτον· Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. Σμικρὰ

A canonicam, ab opere bono constantem, non autem ab odiosa copia, non a furtis, non a rapinis, non a delationibus et calumniis, nec unquam ab illicita usura. Ex talibus enim eleemosyna, sicut ex mercede fornicationis, accepta Deo non est. Recta etenim ac perfecta misericordia magnopere Deo placet misericordi, qui vult misericordiam, et non sacrificium, sive aliud, sive etiam sacrificium laudis, siquidem misericordiam laus etiam omnimoda comitatur. Laudes autem multas misericordiæ alienas plerique facimus.

46. Sed quid ministrando vobis minutatim verbo proferam hoc vel istud, vel aliud, vel totum divinorum talentorum numerum? Age! totum thesaurum maximi regis nostri, ipsius Dei, gazophylacium, in quo omnis sacra supellex reposita consignataque est, vobis credam: ex quo vobis tanquam fidelibus servis colligenda sunt, quæcunque velitis ad mutuum promere; a quo sumentes, ipsi cupiditatem Deo acceptabilem complebitis, Deique corbonam plenam sicut prius relinquetis. Hoc enim ante omnia mirandum: omnes quidem exinde divina sitientes hauriunt, et nutriuntur, qui secundum Deum esuriunt: thesauri vero promptuarium semper repletum est, et volentibus ex illo sumere plenum offertur. Custos autem et dispensator hujusmodi ditissimi thesauri, qui cunctas perfecte complectitur opes, ultimo quidem est divinorum evangelistarum cæterorumque divinissimorum apostolorum nec non sacrorum præconum turba, sed ante eos magnus rex et deipater David, cui tales abscondite concreditæ sunt a Deo divitiæ, non ut ministraret illas ad solem pellucidas propter incommunicabile, sed ut ipso custodiens illas desiderabiles faceret volentibus. Anhelant autem prorsus ad illas magni regis Dei homines, qui David et Dominum qui fecit illum regnare desiderant.

47. Verum quis ille thesaurus est, parvus et multus, tenuis et largus, quantitate quidem contractus et circumscriptus, qualitate vero maximus et bonorum ex illo profluentium largitione totum beatificans mundum? En intelligite eum omni attentione ac diligentia, ut brevi concipiatis eum, et perfecte complectamini pro lucro regnum ipsum Dei; et in mentem collecti, atque, ut ita dicam, lineares animæ extensiones in circulum vertentes, exinde vero methodice conglobantes tanquam ad imitationem cœli, in quo Deus supersedens omnia, quæcunque vult, agit, inspicite in magnum promptuarium, in quo pretiose asservatur virtutum omnium plenitudo. Est autem istud rerum pretiosarum honorabile vel potius venerandissimum ærarium tale: «Declina a malo, et fac bonum[a].» Parva hujus est

[a] Psal. xxxvi, 27.

circumlocutio : sed inenarrabilis est complexionis potentia. Unum aliquod videtur esse divinum præceptum : hoc autem est omnium instar. Ab illo omnis virtus pendet : vallis, ut ita dicam, est, in qua confluunt omnis boni fluenta, hoc chrysiten dicere volo : nihil autem sic dicerem excelsi. Est igitur omnis graphicæ chrysitidis purissima vena, nec ignem, nec folles, nec fornacem fusoriam ad probationem volens. Dominicum receptaculum in se cuncta bona gerit, divinique cujuslibet præcepti vas est : seminarium vitæ spiritualis universale.

48. Breviter autem vobis, homines Dei, explorandum est verbum, qua ratione Deus inspiravit : « Declina a malo, et fac bonum. » Ecce, gens divina, divitiæ ineffabiles ; mutuum sumite. En mare : navigate per illud qui lucrum in divinis quæritis. En scaturigo : haurite. Si vero parva apparet, eo quod brevis enuntiatur, gustate tamen, ut comperiatis vos citius esse fatigandos bibentes, quam ista ; non tantum enim non deficiet, sed nec minuetur. Declina a malo, inquit, non hoc vel illo, uno, duobus, tribus, quatuor, pluribus, sed, uno verbo, cunctis. Si vero locutio laconica, brevitate attenuata, locuples dividit nomen, non est hic prædicanda philosophica breviloquentia, qua concipitur infinitas, in hujusmodi prolationibus totum dividens. Hic similiter dicitur : « Declina a malo, declina » ab omni pravitate. Unius enim mali fuga non habet laudem, ubi similia mala ingruunt, sicut nec exhaustio cœni, cum novum aliquod irruit. Declina ; dicit hoc tanquam de via, qua viator non habet, ubi velit, locum quietis obvium. Gradior ergo, non juxta virtutem, sed per viam abducentem ad malum. Declina, quod est, dirumpe lineam istam rectam et accuratam, et retro versus sequere viam abducentem ad bonum. Et ita sane salvus eris.

49. Hanc autem declinationem operatur efficacia virtutis, efficacia charitatis Deo convenientis et acceptæ, efficacia justorum operum, efficacia simplicitatis et prudentiæ, justitia, virilis animus adversus bellum diabolicum, veracitas, misericordia, æquitas, auxilium egentibus præstitum, quod etiam est misericordiæ genus ; non inaniter et curiose satagere, cum opus est simplicitate, conventiones in veritate sicuti coram Deo signare ; custodire indelebilia in veraci anima, quæcunque scribuntur, et sic non frustra crucis apponere typum, et aliquo modo dicere velut olim : « Tolle, tolle, crucifige [7] » fratres, quos venerando crucis signaculo decipimus ; non inferre damnum sive per novam injustitiam, sive non reddentes concreditum, sive mutui sive depositi titulo, sive ad aliquem

A τούτου ἡ περιγραφή, ἀλλ' ἀμύθητος ἡ τῆς περιοχῆς δύναμις. Ἕν τι δοκεῖ παράγγελμα θεῖον αὐτὸ εἶναι· τὸ δὲ ἔστι τὰ πάντα. Τούτῳ ἀρετὴ πᾶσα ἐγκρέμαται· μισγάγκειά τις αὕτη, ἐν ᾗ σύρροια παντὸς ἀγαθοῦ. Ἐθέλω χρυσίτην εἰπεῖν αὐτό· εἴποιμι δ' οὕτως οὐδὲν ὑψηλόν. Ἔστι γοῦν πάσης γραφικῆς χρυσίτιδος μεταλλεία ὑπερκάθαρος, ἐθέλουσα οὔτε πῦρ, οὔτε φύσας, οὔτε χόανα πρὸς ἀναχώνευσιν Δεχὰς Κυριακὴ αὕτη καὶ ὀξαμενὴ καλῶν ἁπάντων, δοχεῖον ἐντολῆς ἁπάσης θείας, ὁποίαν ἂν εἴποι τις· παυσπερμία πνευματική.

μη'. Καὶ ἔστι διὰ βραχέων ὑμῖν, ὦ ἄνθρωποι τοῦ Θεοῦ, πειράσασθαι τοῦ λεγομένου, ὡς ὁ Θεὸς ὠλόμπνευσεν· « Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. » Ἰδοὺ πλοῦτος οὗτος, ὦ θεῖε λαὸ, ἀνεκδιήγητος· ἐκδανείζεσθε. Ἰδοὺ θάλασσα, καὶ πλέετε ἐν αὐτῇ·, οἱ τὰ θεῖα φιλοκερδεῖς. Ἰδοὺ πηγὴ, καὶ ἀρύεσθε. Εἰ δὲ βραχεῖα προφαίνεται, ὅτι καὶ ὀλίγη προφέρεται, ἀλλὰ γεύσασθε, ἵνα γνῶτε, ὡς θᾶττον ἂν ἀποκάμητε ὑμεῖς πίνοντες, ἤπερ αὐτὴ οὐ μόνον οὐκ ἐπιλείψει, ἀλλ' οὐδὲ ἐλαττωθήσεται. Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, φησὶν, οὐ τοῦδε ἢ ἐκείνου, τοῦ ἑνὸς τῶν δύο, τῶν τριῶν, τῶν τεσσάρων, τῶν πλειόνων, ἀλλὰ εἰς ἓν εἰπεῖν, ἁπάντων. Εἰ δὲ ἡ φράσις ἰσχνυνομένη τῇ βραχυλογίᾳ μερικεύει τὸ πλουτοποιὸν ὄνομα, οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα παῤῥησιάσασθαι σμικρολογίαν φιλόσοφον, δι' ἧς ἡ ἀοριστία ὑπονοεῖται, ἐν ταῖς τοιαύταις προφοραῖς μερικεύουσα τὴν ὅλότητα. Ὁμοιάν ἐστιν ἐνταῦθα εἰπεῖν· Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ ἔκκλινον ἀπὸ πάσης φαυλότητος. Ἑνὸς γὰρ ἀποφυγὴ κακοῦ οὐκ ἂν ἔχοι ἔπαινον, ὅτε τὰ συγγενῆ ἀντεισέρχεται, καθὰ οὐδὲ ἐξάντλησις βορβόρου, ἕτερος ἐπεισρέει. Ἔκκλινον, φησὶ, τοῦτο, ὡς ἐν ὁδοῦ, ἣν ὁ βαδίζων οὐκ ἐπιτυγχάνειν ἔχει οὗ θέλει καταλύματος. Βαδίζω οὖν, φησὶν, οὐ κατὰ ἀρετὴν ἀλλὰ τὴν ἀπάγουσαν ἐπὶ τὸ κακόν. Ἔκκλινον, ὅπερ ἐστὶ, κατακλάσθητι τῆς τοιαύτης· ὀρθῆς καὶ εὐθείας καὶ πλαγιάσας γενοῦ τῆς ἀπαγούσης εἰς τὸ ἀγαθόν. Καὶ οὕτω δηλαδὴ σωθήσῃ.

μθ'. Ποιεῖ δὲ τὴν τοιαύτην ἔκκλισιν ἡ κατὰ ἀρετὴν ἐνέργεια, ἡ κατὰ ἀγάπην Θεῷ πρέπουσαν καὶ ἐπισκουσαν, ἡ κατὰ δικαιοπραγίαν, ἡ κατὰ τὸ ἀπόῤῥητον, ἡ κατὰ τὸ σῶφρον, ἡ δικαιοσύνη, τὸ ἀνδρίζεσθαι κατὰ πολέμου ᾳαιμονικοῦ, τὸ ἀληθίζεσθαι, τὸ ἐλεεῖν, τὸ δικαιοπραγεῖν, τὸ βοηθεῖν τοῖς ἐνδεέσιν, ὃ καὶ αὐτὸ ἐλέου εἶδός ἐστι· τὸ μὴ περιεργάζεσθαι, ὅπου καιρὸς ἁπλότητος, τὸ συμβολαιογραφεῖν πρὸς ἀλήθειαν ὡς ἐνώπιον Θεοῦ, καὶ φυλάττειν ἐν ἐξάλειπτα ἐν ἀληθευούσῃ ψυχῇ, ὅσα γράφεται, καὶ μὴ μάτην οὕτω σταυρικὸν τύπον προβάλλεσθαι, καὶ οὕτω τρόπον τινὰ λέγειν καὶ ἡμᾶς· Ἄρον, ἄρον, σταύρωσον τοὺς ἀδελφούς, οὓς ἀπατῶμεν τῷ τιμίῳ σταυρικῷ προβλήματι· τὸ μὴ ἀποστερεῖν εἴτε κατ' ἑτεροίαν ἀδικίαν, εἴτε μὴ ἀποδιδόντας τὸ λαμβανόμενον, εἴτε πρὸς δάνειον, εἴτε παραθήκης λήμματος, εἴτε πρὸς χρείαν τινά· τὸ μὴ παρασπᾶσθαι τῇ

[7] Joan. XIX, 15.

ἀλλοτρίαν, καὶ αὐτὴν μήτε ἰδιωτικὴν, τῷ παντὶ δὲ πλέον, μηδὲ ἀφωρισμένην τοῖς ἱεροῖς.

ν'. Τοῦτο δὴ τὸ ἱεροσυλικόν. Χρὴ γὰρ ἐνθυμεῖσθαι τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησι τεμένη, ὁπόσα ἐκεῖνοι μὲν ἀφιέρουν δαίμοσιν· οἱ δὲ αὐτὸ εἰδότες, ὄμματα μόνον ἐπαφιέντες αὐτοῖς, ὡς εἰς θέαν ἁπλῆν εἴτε καὶ θαῦμα, πόδας οὐκ ἐπέβαλλον, ἀλλὰ παρέτρεχον εὐλαβῶς, καὶ, ὡς αὐτοὶ ἐνόμιζον, ἱεροπρεπῶς. Εἰ δέ γε ἄλλως ἐπρήσαν, εἶχεν ἂν αὐτοὺς νόμιμος τοῖς τότε θάνατος. Τὸ δὲ μεῖζον· καὶ ἄνετοι ζῶων ἀγέλαι τοῖς τοιούτοις ἐνετρέφοντο τεμενίσμασι, καὶ ἦσαν ἄσυλα καὶ αὐτά· καὶ πρότερον ἂν κατέφαγέ τις ἰδίαν σάρκα, ἢπερ ἐκείνων ἥψατο.

να'. Νῦν δὲ ἀποθεοῦσθαι δοκοῦμεν, εἰ τὰ ἐκκλησιαστικὰ νοσφιζόμεθα. Πολὺς ἐν ἡμῖν ὁ λόγος τό· Καὶ τί δήποτε ὁ Θεὸς καὶ οἱ τοῦ Θεοῦ ἅγιοι τῶν τοιούτων δέονται, οἱ μήτε σπείροντες, μήτε θερίζοντες, μήτε τρώγοντες, μήτε πίνοντες; Εἰ δὲ χάριν ἄλλων ταῦτα, ἵνα οἱ πένητες, φασὶν, ἐκ τῶν τοιούτων ἀποτρέφωνται, ἰδοὺ ἡμεῖς πτωχοὶ, οὐ καθέξομεν αὐτὰ καὶ θρεψόμεθα; Ὦ ἐλεεινοὶ τοιοῦτοι ἀδελφοὶ· οὐκ οἴδατε, Θεοῦ καὶ τῶν θείων καταπαίζοντες· οὐδὲ ἐνθυμεῖσθε, μείζονας ἑαυτοὺς τοῦ Θεοῦ καθιστῶντες, εἴπερ ὑμεῖς μὲν ἀποχαρισάμενοι τὰ δῆθεν ὑμέτερα φίλοις ἢ συγγενέσιν ἢ ἄλλως οἰκείοις, οὔτε θέλετε, οὔτε δύνασθε αὖθις αὐτὰ κτήσασθαι ἀναλαβόμενοι· τὸ μὲν, ἵνα μὴ ψευδεῖς φανείητε καὶ ἄστατοι καὶ παλίμβολοι, τὸ δὲ, ὅτι πτοεῖσθε τὸν τὰ τοιαῦτα κολάζοντα νόμον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ τίμημα· τὰ δὲ τῷ Θεῷ καὶ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ ἀποχαρισθέντα καθαρπάζοντες, οὐ λογίζεσθε παροργίζειν ἐκείνους, οὐδὲ εὐλαβεῖσθε δικαιοτάτην ἄμυναν· ἀλλὰ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὅτε καὶ ἀσπίδα στερρὰν, ὑποδύντες, τοξάζεσθε κατὰ τῶν αὐτοῦ ἱερέων καὶ ἱερῶν. Εὐχοίμεθα, μὴ πάλιν ἐκθυμώσωμεν αὐτόν. Εἰ γὰρ αὐτὸ γένηται, τότε μαθήσεσθε ἀπ' αὐτῶν ἔργων, οἷος ἐκεῖνος τὴν ἀγανάκτησιν· ὃς, καθάπερ οὐ φιλεῖ κλεπτόμενος, οὕτως οὐδὲ ἁρπαζόμενος. Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς· ἐχέτω οὖν ἕκαστος, ὅσον θεόθεν ἔλαβεν, ἵνα μὴ ἀδίκων οὐ πάθοι εὐλογίαν.

νβ'. Ἀλλ' ὅπερ ἐλέγομεν, ποιεῖ ἐκκλισιν κακοῦ καὶ τὸ ἀσυκοφάντητον, καὶ τὸ ἀβλάσφημον, καὶ ἡ ἐν δέοντι εὐλογία, καὶ τὸ μὴ καταμαρτυρεῖν ἐπὶ ψεύδεσι, καὶ τὸ χαίρειν μετὰ τῶν ἐπ' ἀγαθοῖς χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ τῶν ἐφ' οἷς χρὴ κλαιόντων, καὶ τὸ [μὴ] θηριωδῶς ἐπεξέρχεσθαι καὶ κολάζειν ἀφόρητα τοὺς πταίοντας· ἔτι δὲ καὶ τὸ ἀπορουμένοις τά γε εἰς συμβουλὴν ὑποτιθέναι τὰ ξύμφορα, καὶ οὕτως ὑπεξάγειν αὐτοὺς βόθρου ἀπωλείας, εἰς ὃν ἐμπίπτουσιν οἱ ἀπρομηθέστεροι.

νγ'. Ἔκκλισις κακοῦ ἐπισημοτάτη καὶ ἡ τοῦ δανείου μέθοδος, πρῶτα μὲν ἡ θεοπαράδοτος, καθ' ἣν ἐπαινεῖται καὶ ὁ τὸ ἀργύριον αὐτοῦ μὴ δοὺς ἐπὶ τόκῳ· δευτέρῳ δὲ λόγῳ ἡ νομική. Ὁ μήτε κατ' ἐκείνην, μήτε κατὰ ταύτην δανείζων, εἰ καὶ βαρὺς

A usum; non alienam arripere terram, sive privatam, sive, quod omnino gravius est, sacris dicatam.

50. Hoc sane sacrilegium est. Oportet enim in mente habere quod apud Græcos ea loca sunt sacra, quæ ubicunque dæmonibus dedicabant. Hoc vero scientes, oculos tantum, ut ad simplicem visum aut admirationem, in ea conjicientes, pedes ibi non ponebant, sed religiose, et, sicut ipsi putabant, rebus sacris congruenter transibant. Aliter autem si fecissent, morti tunc legibus probatæ fuissent obnoxii. Hoc autem majus: errantes libere greges animalium in talibus enutriebantur nemoribus, et ipsa erant inviolabilia; potiusque propriam aliquis manducasset carnem, quam in illa manum injecisset.

B

51. Nunc autem apotheosim participare videmur, si ecclesiastica subripiamus. Multus inter nos hujusmodi sermo: Ecquid Deo Deique sanctis, qui neque serunt, neque metunt, neque mandducant, neque bibunt, talibus opus est? Si propter alios autem ista sunt, ut egentes, inquiunt, ex illis nutriantur, ecce nos pauperes, non illa accipiemus et nutriemur? O miserandi hujusmodi fratres! Non videlis quod Deum et res divinas luditis? Non animadvertitis, quod vosmetipsos Deo majores constituitis, siquidem vos, cum de vestris aliquam contulistis gratiam amicis, vel cognatis, vel quibuscunque familiaribus, neque vultis, neque potestis ea denuo resumentes possidere; tum, ne fallaces et mobiles C et versatiles appareatis, tum quia timetis legem talia punientem ipsiusque muletam; ea vero quæ Deo et sanctis ejus donata sunt, rapientes, non timetis illos ad iram excitare, nec justissimam revereminí vindictam, sed Dei benignitatem, veluti scutum inviolabile, subeuntes, adversus sacerdotes ejus et sacra tela jacitis. Deprecemur, ne rursus illum irritemus: si enim istud fieret, tunc ipsis operibus discetis, qualis in indignatione ille sit, qui, sicuti nec fures, ita nec raptores amat. « Domini est terra et plenitudo ejus [a]. » Habeat igitur unusquisque quod a Deo accepit; ne reus injustitiæ benedictionem non sentiat.

52. Verum quod dicebamus, declinationem a D malo facit etiam irreprehensibilis conversatio, immunitas a convitiis, in necessitate benedictio, falsum non ferre testimonium, gaudere cum de bonis gaudentibus, flere cum de flebilibus plangentibus, non sævire punireque crudeliter eos qui facinora commiserunt, necnon consilio egentibus militer auxiliari, et ita eripere eos ex perditionis abysso, in quam decidunt qui minus sunt prudentes.

53. Præclarissima quoque declinatio mali est mutui commodatio, primo quidem ea quæ a Deo tradita est, juxta quam laudatur et ille qui pecuniam suam non dedit ad usuram; secundo autem, quæ a lege præstituta est. Qui nec secundum illam,

[a] Psal. xxiii, 1.

nec secundum istam fœnerat, etsi grave sit dictu, tamen, veritati parens, dico, quod reprehensibilis et exsecrabilis est. Ego vero reputo qualiter agant cupidi fœnoris, cum multa sint fœnora vel fetus. (Fetum enim ferunt non tantum homines, sed et omne animal, præter vulturum genus; dicitur porro etiam terra mareque fetum producere; fetum vero mens ipsa præbet, naturales suos fructus; et prorsus extensum est nomen fetus seu fœnus.) Illi autem privatim istud assumunt ad aliquid particulare de suo misero fetu, quod neque natura neque hominum integritas novit, Deus autem prohibuit. Largum igitur illis et multum et clarum hoc: Da mihi fetum (vel fœnus) meum. Qualem, fœnerator? Quem tu genuisti, vel quem ancilla tua genuit, vel quem peperit filia tua, vel bos, vel equa? Non, inquit, sed argenti mei fetum. Mercenarium autem, sodes, tuum argentum est, ut etiam generare valeat. Videris, inquit, debitor, irridere mihi, sed da mihi fœnus meum. Hic autem si non gravior, at certe risibilior est sermo, fœneratoris, illis quæ quærit orbati scilicet: Fetus perdiderunt me non soluti. Ergo tandem, fœnerator, non est tibi dominicum illud bonum. Dominus enim fetum non perdit, sed ditat majoribus accessionibus, et beatum honoratumque facit; sed fetus iste perdit, ut tu dicis. Perdit enim te quatenus ad animam, illum autem qui tibi subjicitur quatenus ad vitam: quod absit! Sed et cum aliquis, ne fetum (aut fœnus) dicat, pudore prohibitus, hunc commodum vocat, ambiguitatis locum istum ipse reperiens, tunc aliquis, emisso risu certe gravissimo, deinque quibusdam dictis a sanctissimo David assumptis, dicet: Quod commodum in argento tuo, quod te demittit ad perditionem? O dolose fœnerator, usquequo talis eris? Dolosum enim appello te recte, necnon consequenter copulanti talia magno prophetæ ac regi, qui loco, ubi de fœnore agitur, sic exprobrat: usura et dolus manifeste exercentur in plateis, utpote dolo ubique fœnus comitante. Simili namque modo cito fœnore commodantes.

A ὁ λόγος, ἀλλ' ὅμως λέγω, πεποιθὼς τῇ ἀληθείᾳ, ὅτι ἐπάρατός ἐστι καὶ ἐπίρρητος. Ἐγὼ δὲ συννοούμενος καὶ ὅπως οἱ τοκογλύφοι, πολλῶν ὄντων τόκων (τίκτουσι γὰρ οὐ μόνον ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ ζῶον ἅπαν, δίχα γε τοῦ κατὰ τοὺς γῦπας φύλου· λέγεται δὲ καὶ γῆ τίκτειν καὶ θάλασσα· τίκτει δὲ καὶ νοῦς γεννήματα προσφυῆ· καὶ ὅλως πεπλάτυνται τὸ ὄνομα τοῦ τόκου) — οἱ δὲ ἰδίασαν αὐτὸ κατά τι ἐξαίρετον ἐπὶ τοῦ κατ' αὐτοὺς δυστέκου τόκου. Οὔτε ἡ φύσις οἶδεν, οὔτε ἡ κατ' ἄνθρωπον ὀρθότης, καὶ ὁ Θεὸς δὲ ἀπηγόρευσε. Πλατὺ γοῦν αὐτοῖς καὶ πολὺ καὶ τρανὲς τό· Δός μοι τὸν τόκον μου. Ποῖον, ὦ ἀνεπιστά; ὃν σὺ ἐγέννησας; ὃν δὲ ἡ παιδίσκη σου, ὃν δὲ ἡ θυγάτηρ σου ἢ ὁ βοῦς σου ἢ ἵππος; Οὔ, φησίν, ἀλλὰ τὸν τοῦ ἀργυρίου μου. Θητικὸν δέ, ὦ ἄνθρωπε, τὸ ἀργύριόν σου, ὥστε καὶ γεννᾷν. Καταγελᾷν μου, φησίν, ἔοικας, ὦ χρεῶστα. Σὺ δὲ δός μοι τὸν τόκον μου. Τούτου δὲ εἰ μὴ βαρύτερον, ἀλλ' οὖν γελοιότερον νόημα δανειστοῦ, στερομένου ὧν ζητεῖ, τό· Οἱ τόκοι ἀπώλεσάν με, μὴ διδόμενοι δηλαδή. Λοιπὸν ἆρα, ὦ τοκιστά, οὐκ ἔστι σοι κυριακὸν τοῦτο τὸ ἀγαθόν. Ὁ Κύριος μὲν γὰρ οὐκ ἀπόλλυσι, ἀλλὰ καὶ πλουτίζει μείζοσιν ἐπιθήκαις, καὶ εὐδαιμονίζει καὶ τιμᾷ· ὁ δὲ τόκος οὗτος ἀπόλλυσι, καθὰ σὺ φῄς. Ἀπόλλυσι δέ σε μὲν τὰ ἐς ψυχήν, τὸν δὲ καταβαλλόμενόν σοι αὐτὸν τὰ ἐς ζωήν, ὡς μὴ ὤφελεν. Ἀλλ' ὅτε καὶ αἰδούμενός τις τόκον εἰπεῖν, ὠφέλειαν αὐτὸν καλέσει, πολυωνυμίας τόπον τοῦτον αὐτὸς ἐξευρών, τότε δὴ γελάσας τις πρὸς βαρύτητα, εἶτα καὶ παραφράσας ἐκ τῶν τοῦ ἀγιωτάτου Δαυὶδ ἐρεῖ· Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ ἀργυρίῳ σου, ἐν τῷ καταβιβάζειν σε εἰς διαφθοράν; Ὦ δόλιε τοκογλύφε ἄνθρωπε, μέχρι τίνος τοιοῦτος ἔσῃ; Δόλιον γάρ σε ἀποκαλῶ εὐθυβόλως καὶ ἀκολούθως τῷ συνδυάζοντι τὰ τοιαῦτα μεγάλῳ προφήτῃ καὶ βασιλεῖ, ὃς ἐνειδίζει τόπον, ἔνθα τόκος· καὶ τόκος καὶ δόλος παῤῥησιάζεσθον ἐπὶ τῶν πλατειῶν, ὡς ἐπακολουθοῦντος πάντως καὶ δόλου τῷ τόκῳ. Ψεύδονται γὰρ ὁμολογουμένως τά τε ἄλλα καὶ τὴν κατὰ Θεὸν ἀγάπην οἱ ἐπὶ ἀθέσμῳ τόκῳ δανείζοντες.

B

C

et in cæteris divinam charitatem mentiuntur illi-

54. Sed quoniam et alias multa de tali malo hortatus, nihil profeci, quin etiam adauxi malum, et partuales animæ meæ dolores fenus magistratem, ut informem fetum, produxerunt ad lucem; tibi soli, qui magna cunctaque potes, Domine, committo, ut aboriri facias hunece validum fetum, diabolicam productionem, cupiditatis partum, qui fratres rustice odit, qui inimicus est Dei Deoque odiosus.

νδ'. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἄλλοτε πολλὰ παρατείνας ἐπὶ τῷ τοιούτῳ κακῷ, ἀνύσας ἔχω οὐδέν, ἀλλά που καὶ προσεπηύξησα τὸ δεινόν, καί μοι αἱ τῆς ψυχῆς ὠδῖνες τόκον διδασκαλικὸν ἐξέφηναν, οἷα καί τινα μόλην· σοὶ μόνῳ, μεγαλοδύναμε καὶ παντοδύναμε Κύριε, ἀνατίθημι ἐξαμβλῶσαι τὸν ἀδρὸν τοῦτον τόκον, τὸ δαιμονικὸν γέννημα, τὸ τῆς πλεονεξίας ἀποκύημα, τὸ ἄγριον, τὸ μισάδελφον, τὸ καὶ μισόθεον καὶ θεομισές.

D

55. Præter jam dicta malum etiam declinat qui maledicum diffitetur, qui calumniatorem repellit, qui non scrutatur hominum vitas absque necessitate nec rem ad se non pertinentem sive secundum spiritum, sive secundum carnem; qui dolum in negotiis non exercet, qui regulam in servitutem non redigit; qui non leges calcat; qui seniorem honorabilioremque se non solum primas tenere sinit, et illi

νε'. Ἔτι πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐκκλίνει κακὸν καὶ ὁ τὸν συκοφάντην ἀποπροσποιούμενος, καὶ ὁ τὸν ἐνδιαβάλλοντα παρωθούμενος, καὶ ὁ μὴ ἐρευνῶν ἀνθρώπων βίους εἰς οὐδὲν δέον καὶ μηδὲν αὐτῷ προσῆκον οὔτε κατὰ πνεῦμα, οὔτε κατὰ σάρκα· ὁ τὴν πραγματείαν ἀδολίευτος· ὁ μὴ τὸν κανόνα καταδουλούμενος· ὁ μὴ τοὺς νόμους καταπατῶν· ὁ τῷ πρεσβυτέρῳ αὐτοῦ καὶ τιμιωτέρῳ μὴ μόνον ὁδοῦ παρα-

γωρῶν καὶ καθέδρας ὑπεξιστάμενος, πολλῷ δὲ πλέον μηδὲ καταναιδευόμενος τοῦ τοιούτου, ἀλλὰ καὶ λαλοῦντος αὐτοῦ σιωπῶν, καὶ ἀγαθὰ μὲν εἰπόντο; πειθόμενος, πταίσαντι δέ τι συγγνωμονῶν διακριτικῶς· ἔτι καὶ ὁ τὸν ὀπωσοῦν πλανώμενον ἐπιστρέφων ἐφ' ὁποσονοῦν, καὶ ἐνάγων εἰς τὴν ὀρθήν· καὶ ὁ πρὸς τὸ ἐρωτώμενον ὀρθῶς ἀποκρινόμενος, καὶ μὴ κατὰ ὑπόκρισιν, ἣν τὸ μὲν ἀληθινὸν φῶς, ἡ αὐτοαλήθεια, ὁ Θεὸς μισεῖ, ὁ δὲ τοῦ σκότους ἄρχων ὑπερφιλεῖ διὰ τὸ πρὸς αὐτὸν ὅμοιον.

νς'. Ἡ γὰρ οὐ σκοτεινὸν πᾶσα ὑπόκρισις, δίχα γε τῆς λογικῶς παραδεδομένης; οὐ μίμησις ψιλὴ ἀγαθοῦ, καὶ πλέον οὐδέν; Ὄργανον ἀπάτης αὕτη, ὑπόξυλος, καλλονὴ, ἄγαλμα πονηρίας, βυπαρὸν μὲν τὰ ἔνδον καὶ ὑπομόχθηρον καὶ κίβδηλον, τὰ δὲ προφαινόμενα περικαλλὲς, καὶ οὐ κατά τι χολοδάφινον, ἀλλὰ ἀμυδρόν τι προλάμπον χρυσίᾳ στιλπνότητι. Λάκκος αὕτη κατηνθισμένος ἐπὶ ἀπωλείᾳ τῶν περιπεσουμένων· ψυχῆς ἐκπορνευούσης μόρφασμα· κακία ὕπουλος, ἀρετὴν ἐπιφαίνουσα διαβόλῳ αὐτεικελον· ψεῦδος ἔνσαρκον· λιμὴν φρίσσων λίθοις ὀξέσιν ὑφάλοις· παγὶς εὐπρόσωπος· χαροπὸν θηρίον, οὗ τῇ κατ' ὄψιν χαρᾷ τὸ τῶν ὀδόντων ἀντιφωνεῖ κάρχαρον. Ὀρθότητος αὕτη ἐμπαίκτρια, οἷς δεῖ πλαγιάζει, τὰ πολλὰ δὲ καὶ κύκλῳ περιπατεῖ ἀσεβῶν δίκην, κατὰ τὸν Ψαλμῳδόν. Ἀγάπης κρυπτὸς ἐπίβουλος, οἷς ὑφειμένη, κατὰ τὸν εἰπόντα, ὡς ἔχιδνα λανθάνουσα, ἐκπίνει τὸν ἄνθρωπον. Ἀλώπηξ πλήρης μὲν δόλου, ἀπατῶσα δὲ τοὺς ἁπλοῦς, τὰ πλείω δὲ τοὺς εὐηθικωτέρους, οἷς νεκρικῶς ἑαυτὴν κατευνάζει. Αὕτη, πρὸς αἴνιγμα φράσαι, τὸ πᾶν ἐστι καὶ τὸ μηδέν· ἐκεῖνο μὲν, οἷς τεχνάζεται, τὸ δὲ, οἷς ἐργάζεται. Βούλεται μὲν γὰρ θεῖόν τι εἶναι, καθότι καὶ ἅγιον, ἀπεκβαίνει δὲ εἰς δαίμονα κακοποιὸν καὶ μὴ εἰδότα, ὅ τί ποτέ ἐστι τὸ ἀγαθὸν τῆς ὀρθότητος· ἢ καὶ ἄλλως, εἰδότα μὲν, ὀκνοῦντα δὲ χρῆσθαι αὐτῇ.

νζ'. Ψευδάνθρωπος ἄνθρωπος ὁ ὑποκριτὴς, ὡς δὲ καὶ δαιμονῶν λεχθείη ἂν καὶ δαιμονάνθρωπος. Καὶ Ἄργος μὲν ὁ θρυλλούμενος, οἷα πανόπτης, οἴδαμεν ὁποίῳ λόγῳ τοιοῦτος εἶναι πλάττεται· ὁ δὲ ὑπόκριτὴς ἄλλο τι φέρει ξενίζον. Ψεύδεται γὰρ ὅλῳ τῷ σώματι, τῇ ἐπικύφει τῆς κεφαλῆς, τῇ ἐννεύσει τῆς ὄψεως, τῷ μειδιάματι, τῷ γελάσματι, τῷ φιλήματι, τῇ λαλιᾷ, τῷ πτύσματι ὁ κατάπτυστος· συνόλως εἰπεῖν, τῷ παντὶ προσώπῳ, τῇ βαθείᾳ προσκυνήσει, τῇ τοῦ ἀσπασμοῦ ἐμπλοκῇ, τῇ τῶν χειρῶν ἐμβολῇ, τῇ τῶν τριχίνων περιβολῇ, τῇ μεταδόσει, ὅτε που καὶ ἐλεήσει τὸν ἐπαιτοῦντα· τῇ τῶν γονάτων κλίσει ὡς εἰς προσευχήν· τῷ παντοδαπῷ τοῦ βαδίσματος. Οὔτε γὰρ σεμνῶς βαδίζων, πρὸς ἀλήθειαν αὐτὸ ποιεῖ, οὐδὲ μὴν σπεύδων, ὅτε τινὶ βοηθεῖν προσποιεῖται. Τὰ μέντοι περὶ γαστέρα, καὶ εἴ τι ἐχόμενον, περιφυλάχθω σιγῇ, ὦ ψυχὴ, οὕτω τὴν καλὴν ἀχρειοῦσα πλάσιν, καὶ τὸν καλὸν ἄνθρωπον ψεύδουσα.

νη'. Ἔχω ζεῖξας ἤδη τρανῶς, οἶμαι, ὅτι ἐκκλίνει τὴν κατὰ ψυχὴν κακότητα καὶ ὁ μηδέν τι ποιῶν

de sedili cedit, sed quod multo præstat nihil non veneranter agit in illum, verum etiam, illo loquente, tacet, et bona quidem dicenti obedit, aliquid autem peccanti indulget prudenter; qui etiam quomodocunque errantem, prout res volunt reducit et in viam rectam dirigit; qui ad interrogata recte respondet et non per hypocrisim, quam quidem lux vera, ipsa veritas, Deus odit, princeps autem tenebrarum ob similitudinem sui maximopere diligit.

56. Numquid enim tenebrosum quid non est omnis hypocrisis præter eam quæ logice tradita est? annon vana boni simulatio prætereaque nihil? Hæc deceptionis instrumentum, conficta pulchritudo, malitiæ simulacrum, sordidum quidem interius et pravum et adulteratum, exterius vero perpulchrum, et non secundum quid bilis colore flavum, sed subobscurum quid aurea claritate prælucens. Hæc laqueus floribus exornatus ad perditionem supervenientium; animæ fornicantis imago; pravitas dissimulata; ingenium diabolo prorsus simile ostendens; mendacium incarnatum; portus rupibus acutis in mari latentibus horrescens; laqueus speciosus; vultu ridenti fera, cujus faciei visus hilaritate dentium acris species pugnat. Rectitudini hæc irridet, quippe quæ semper obliquo utitur quidem motu, plerumque vero circuitu, impiorum instar, juxta Psalmistam, obambulat. Charitatis latens insidiatrix, quatenus humilis, juxta proverbium, sicut vipera latitans exsugit hominem. Vulpes repleta dolo, et simplices et plerumque simplicissimos quosque decipiens, quandoquidem se, velut cadaver, quiescentem fingit. Hæc, ut more vulgari loquar, totum est et nihil: illud quidem, quantum ad artes, hoc autem quantum ad opera. Etenim vult quidem esse aliquid divinum et sanctum: desinit autem in dæmonem pravum ac nescium quid sit rectitudinis bonum; aut certe scientem quidem, non autem exercentem.

57. Homo mendax est hypocrita; quasi vero dæmoniacus dici potest et homo-dæmon. Et quidem Argus celebratissimus, qua omnia videns, quali modo talis esse fingatur, novimus: hypocrita vero aliud quid gerit extraneum: mentitur enim toto corpore, capitis nutu, oculorum obtutu, dulci risu, cachinno, osculo, loquela, sputo, conspuendus ipse; uno verbo, tota facie, profunda salutatione, osculorum implicatione, manuum injectione, crinium circulis, largitione, si forte mendicantis miseretur; genuum velut ad orationem flexione, toto gressus habitu. Nec enim cum decenter graditur, nec quando festinat, alicui succurrere præ se ferens, juxta veritatem facit. Quod autem attinet ad ventrem et partes annexas, prætereatur silentio, o anima, sic pulchram deturpans plasmationem, et pulchrum hominem mentiens.

58. Jam evidenter demonstrasse mihi videor illum animæ malitiam devitare qui nihil ex hypocrisi,

sed juxta veritatem agit. Nec enim aliquid commune est soli cum tenebris, nec veritati cum hypocrisi; ipsis autem est oppositio quæ medium et concordiam nescit. Ille etiam procul declinat a malo, qui non dividit amicos, inter inimicos autem pacem nectit. Illud enim factum opus est hominis, postea autem Dei, qui vivificat, qui Deus est unitatis: in eodem loco statuendus est qui nonexcitat inimicitiam, nec scintillam animat et inflammat velut ad incendium.

59 Quare vero mei meæque potestatis oblitus, conor subjecti thesauri describere selecta, quibus vitandum est malitiam? Sumite vos gazam, et circumeuntes eam augete et quæ vobis utilia sunt quærite. Nihil invenietis ex omnibus quod non sit ad vestrum commodum, ad utilitatem spiritualem, ad omne bonum. Conjungite vero cum hoc: « Declina a malo, » et istud connexum talentum, cui divinum ac vere regium est signaculum: « et fac bonum. » Non enim, juxta sacram explanationem, sufficit a malo declinare, nisi quis in bonis operibus exerceatur.

60. Hoc porro ita dico non ut simplicem et indivisam sententiam; sic enim distinguo: Qui virtutibus quidem deditus est, et omnibus bonis refertus, sed tamen habet ut homo quoddam malitiæ parapegma, et a tali malo declinat, sufficeret ei sic agere; tunc non hasce voces audiret: « Et fac bonum. » Jam enim fecit: et cum jam fecerit, non cessabit aliquid ulterius adipisci, tanquam alia quidem adeptus bona; sed ex illa forsan hortatione: « Unum tibi deest » istud inquirens, ex quo a priori malitia, sicut aliquo muro intercludatur, et ita tanquam ex se naturaliter in bono simul ac in mali declinatione stabilitus. Si vero quis non dives bonis, nocentem abjiciat malitiam, per quam pauper est et egens omni bono, prorsus a malo declinans, habet necessitatem adjungendi tali divino talento etiam secundum, ne, bono destitutus, imperfectus sit homo, divinum vas vacuum, domus Dei non polita, informis materia, bonum non pulchrum, idecque non desiderabile, ut autem accurate dicam, omnis quidem virtutis alumnus, sed ab una quadam, propter malitiam impedientem, abstinens. Deinde ille quidem qui declinavit malum, et bono nuper adepto inhæsit, luctamen ac necessitatem habet non solum simpliciter faciendi, sed etiam continue faciendi bonum, ut non faciliter et cito tali bono orbetur, sed firmans illud ad perseverantiam ex nuper imperfecto, solidus virtutis possessor fiat. Alias autem est dicendum, quod omnis homo, qui declinat a malo, protinus etiam facit aliquod bonum. Quale? Hoc ipsum sane, a malo declinare.

61. Ego vero propheticum et regium numulum hic immutans, non falsi monetarii instar, sed per mutationem, placentem et ipsam summo regi Deo,

A ὑποκριτικῶς, ἀλλὰ πρὸς ἀλήθειαν. Οὔτε γὰρ ἥλίῳ κοινόν τι πρὸς τὸ σκότος, οὔτε τῇ ἀληθείᾳ πρὸς τὴν ὑπόκρισιν· ἀλλὰ ἀμεσολάβητος αὐτοῖς ἐστιν ἡ ἀντίθεσις, οὐ γινώσκουσα σύμβασιν. Ἔτι μακρὰν ἐκκλίνει κακοῦ καὶ ὁ μήτε φίλους διασπῶν, καὶ τοῖς ἐχθροῖς δὲ σπονδὰς πραγματευόμενος. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ φάκτον ἔργον ἀνδρὸς, τὸ δὲ δεύτερον Θεοῦ, τοῦ ζωοδότου, τοῦ τῆς ἑνώσεως· ὁποίῳ ἐνταχτέος τόπῳ καὶ ὁ μὴ τὴν ἔχθραν προσυπανάπτων, καὶ σπουδῇ τὸν σπινθῆρα τοῦ μίσους ῥιπίζων, καὶ ἐκφλέγων ὡς εἰς πυρκαϊάν.

νθ'. Τί δὲ ἄλλὰ ἐμαυτοῦ λαθόμενος καὶ τῆς ἐν ἐμοὶ δυνάμεως, πειρῶμαι τὰ τῆς προκειμένης γάζης ἀναγράφειν ἐξαίρετα, δι' ὧν ἔστι τὴν κακίαν ἐκφυγεῖν; Λάβετε τὴν γάζαν ὑμεῖς, καὶ περιιόντες αὐτὴν πολυπραγμονεῖτε, καὶ ζητεῖτε τὰ συνοίσοντα. Εὑρήσετε δὲ οὐδὲν, ὅ τι τῶν ἁπάντων μὴ πρὸς χρησίμου ὑμῖν, καὶ ὠφελείας πνευματικῆς, καὶ καλοῦ παντός. Συντάξατε δὲ τῷ, « Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, » καὶ τὸ συγκείμενον τάλαντον, οὗ χάραγμα θεῖον καὶ τῷ ὄντι βασιλικὸν τὸ, « Καὶ ποίησον ἀγαθόν. » Κατὰ γὰρ τὴν ἱερὰν ἀνάπτυξιν οὐκ ἂν εἴη ἀρκοῦν ἐκκλίνειν ἀπὸ κακοῦ, εἰ μὴ καὶ ἀγαθοπραξίαν ἀσκοίη τις.

ξ'. Τοῦτο δὲ οὕτω φημὶ οὐκ εἰς ἁπλοῦν τι καὶ ἀσχιδὲς νόημα· διαστίζω δὲ οὕτως· Ὁ μὲν ἀρεταῖς ὢν κατακώχιμος, καὶ ἀγαθοῖς πᾶσιν ἔμφορτος, ἔχων δέ τι ὅμως ὡς ἄνθρωπος καὶ παράπηγμα κακίας, καὶ ἐκκλίνας τοῦ τοιούτου κακοῦ, ἀρκεσθείη ἂν οὕτω ποιήσας, καὶ οὐκ ἂν ἀκούσοι ποθὲν τό· « Καὶ ποίησον ἀγαθόν. » Ἤδη γὰρ πεποίηκε· καὶ πεποιηκὼς οὐκέτι κοπιάσει ἄλλο τι προσεπικτήσασθαι, ὡς ἤδη τἆλλα μὲν πάντα κτησάμενος ἀγαθὰ, ἐν δὲ τῷ ἀκοῦσαι ποθεν, ὅτι « Ἕν σοι λείπει, » ἐξευρὼν ἐκεῖνο, ἐξ οὗ τῇ προτέρᾳ κακίᾳ ὅσα καὶ φραγμῷ τινι ἀπετειχίζετο, καὶ ὡς ἐξ αὐτομάτου ἐγκαταστὰς αὐτοφυῶς τῷ ἀγαθῷ ἅμα τῇ ἐκκλίσει τοῦ κακοῦ. Εἰ δέ τις μὴ πλουτῶν ἀγαθοῖς ἀπολέξεται κακίαν ἐπηρεάζουσαν, δι' ἧς πτωχεύει, πενόμενος παντὸς ἀγαθοῦ, ἐκεῖνος πάντως ἐκκλίνας ἀπὸ κακοῦ ἀνάγκην ἕξει προσλαβεῖν τῷ τοιούτῳ θείῳ ταλάντῳ καὶ τὸ δεύτερον, ἵνα μὴ τοῦ ἀγαθοῦ λειπόμενος εἴη ἀτελὴς ἄνθρωπος, ἄγγειον θεῖον ὑπόκενον, οἶκος Θεοῦ ἀνεπίξεστος, ἀνείδεος ὕλη, ἀγαθὸν οὐ καλὸν, διὸ οὐδὲ ζηλωτὸν, ὡς ἂν δὲ πρὸς ἀκρίβειαν εἴπω, καὶ πάσης μὲν ἀρετῆς τρόφιμος, μιᾶς δέ τινος ἀπεχόμενος διὰ κακίαν κωλύουσαν. Εἶτα ἐκκλίνας μὲν τὸ κακὸν, καταστὰς δὲ εἰς τὸ νεόκτητον ἀγαθὸν, ἀγῶνα καὶ αὐτὸς ἔχει καὶ ἀπαίτησιν μὴ μόνον τοῦ ποιῆσαι ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ ποιεῖν ἐνδελεχῶς τὸ καλὸν, ἵνα μὴ εὐπετῶς ἀποστερηθείη αὐτοῦ, ἀλλὰ στερεώσας αὐτὸ εἰς παράμονον, ἀντὶ τοῦ πρὸ βραχέων ἀτελοῦς, ὑπερτελὴς ἀρετῆς λόγῳ γένηται. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως εἰπεῖν, ὅτι ἅπας ἄνθρωπος, ἐκκλίνας ἀπὸ κακοῦ, αὐτίκα καὶ πεποίηκέ τι ἀγαθόν. Ποῖον ἐκεῖνο; Αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ ἐκκλῖναι ἀπὸ κακοῦ.

ξα'. Ἐγὼ δὲ ἐνταῦθα παραποιῶν τὸ προφητικὸν καὶ βασιλικὸν κέρμα τοῦτο, οὐ μὴν παραχαράκτου δίκην, ἀλλὰ κατὰ μεταβολὴν, ἀρέσκουσαν καὶ αὐτὴν

τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ, θεωρῶ αὐτὸ καὶ ἄλλως πρὸς ἐμὸν οὐκ ἄρρυθμον θέλημα. Καὶ πείθω ἐμαυτὸν κατὰ ἑρμηνείαν ἀλλοίαν μέν, βελτιοῦσαν δὲ καὶ αὐτὴν τοὺς κατ' ἐμὲ δειλούς, ἐκκλίνειν, ὥσπερ ἀπὸ κακοῦ πράγματος, οὕτω καὶ ἀπὸ κακοῦ ἀνθρώπου· εἶτα σπουδάζειν ἢ ἐκεῖνον ποιεῖν καὶ ἀποτελεῖν ἀγαθὸν ἐπιστρεπτικῶς, ἢ ἀλλὰ γοῦν ἐμοὶ αὐτῷ ποιεῖν ἀγαθὸν τὸ ἐκκλίνειν ἀπ' ἐκείνου, μὴ καὶ συνδιαστραφῶ. Εἰώθασι γὰρ ὡς τὰ πολλὰ αἱ μετὰ τῶν φαύλων ἀναστροφαὶ οὐκ εἰς καλὸν συντελεῖσθαι. Ἔστι δ' ἐν τούτοις ὁρᾷν καὶ τό· « Ποίησον. » Οὐ γὰρ εἶπε· « Λάλησον ἀγαθόν, » ἢ « δίδαξον, » ἢ « ἐννοήθητι, » ἢ τοιοῦτόν τι, ἀλλά· « Ποίησον ἀγαθόν. » Ὃ δὴ σκοπιμώτατον τέλος ὡμολόγηται εἶναι ἁπάσης καὶ λαλιᾶς καὶ διδασκαλίας καὶ ἐνθυμήσεως. Ὅτι δὲ τὸ ἐκκλίνειν ἀπὸ κακοῦ καὶ ποιεῖν ἀγαθὸν οὐδ' αὐτὸ τῆς ἀγάπης κεχώρισται, ὁ καὶ γλυκὺς καὶ σοφὸς καὶ ἅγιος βασιλεύς [φησι], παραθεὶς αὐτίκα τό· « Ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. » Ὡς γάρ τινος ὑπειπόντος· Δός μοι μέθοδον, ὦ διδάσκαλε βασιλεῦ, ὡς ἂν ἐξανύσω καὶ τὴν ἐξάλυξιν τοῦ κακοῦ καὶ τὴν συναπτῶς ποίησιν τοῦ ἀγαθοῦ, ὑποτίθησιν εὐθὺς ἐπιστημονικῶς, ὡς διὰ εἰρήνης, εἶτ' οὖν ἀγάπης, τὸ τοιοῦτον ἐκπληρωθήσεται ἀγαθόν. Ἀγάπης γὰρ ἀδρομερές τι κόμμα καὶ ἡ εἰρήνη, οὐκ ἔλαττον ἢπερ ἡ φιλία, ὡς ἔστι κατασκευάσαι τὸν σκεψόμενον πρὸς ἀλήθειαν.

ξβ'. Εἰ τοίνυν οὐκ ἔστι δρασμὸς ἐκ κακοῦ καὶ ποίησις ἀγαθοῦ ἄλλως εἰ μὴ δι' εἰρήνης, τῆς τε ἄλλης, καὶ τῆς ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν, καθ' ἣν ἅπαν ἀντ- αἴρον ψυχικὸν πάθος δουλοῦται, καὶ οὕτως ὑποτάσσεται τῷ βασιλεῖ λογισμῷ· ζητητέον αὐτήν, εἴ που καὶ κρύπτεται. Καὶ πάντως εὑρήσομεν, εἰ ζητήσομεν. Πᾶς γὰρ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καθὰ μανθάνομεν πρὸς ἀλήθειαν. Εἰ δὲ ζητήσαντες καὶ εὑρηκότες, οὐκ ἔχομεν αὐτῆς δράξασθαι διὰ πολλὰ τὰ αἴτια, ὧν ὀκνοῦμεν ποιεῖσθαι μνείαν, μὴ καὶ εἰς οὐδὲν δέον ὀχλοκοπῶμεν, θορυβοῦντες τοὺς ἀγχινοῦς ἑρου; ἀκροατάς· τότε δὴ καὶ διώξομεν αὐτὴν φεύγουσαν, ὅπερ ἐστί· δραμούμεθα σπουδαίως εἰς αὐτὴν, κουφίζοντος ἡμῖν τὸν δρόμον τοῦ κατέχοντος ἐν χερσὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, τοῦ τῆς εἰρήνης δοτῆρος ἡμῖν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ αὐτοῦ ὄνομα. Πάντως γὰρ ὁ καθάπαξ εἰπὼν τό· « Εἰρήνη ὑμῖν, » καὶ τό· « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, » τοῖς ἐμοῖς δηλαδή, οὐκ ἂν ζητουμένην ἀποκρύψῃ αὐτὴν ἀφ' ἡμῶν, ἀλλ' ἐπιτάξει προελθεῖν εἰς ἡμᾶς, εἰ μόνον θεοκλυτήσομεν, εἰ δυσωπήσομεν, εἰ γενώμεθα ἐπάξιοι τυχεῖν εἰρήνης, τῆς τῷ Θεῷ φιλτάτης· ἧς καὶ οἱ τυχόντες μακάριοι, καὶ οἱ πρόξενοι δὲ συμμακαρίζονται, ὡς υἱοὶ θετοὶ τῷ Θεῷ. « Μακάριοι » γάρ, φησίν, « οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. »

ξγ'. Καὶ ἐγὼ μὲν καὶ οἱ κατ' ἐμὲ οὕτω φρονοῦμεν περὶ τῆς ἀγαπητικῆς εἰρήνης τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν κατὰ τὴν τοιαύτην εἰρηνικῶν ἀνθρώπων. Οἶδα δέ τινας ἄλλως διακειμένους καὶ ἀχθομένους, εἴ τινας

illud et aliter secundum meam non discordem voluntatem considero. Mihique juxta interpretationem quidem alienam, sed et ipsam meliores reddentem sicut me timidos, persuadeo fugiendum, quemadmodum a re mala, sic et ab homine malo; deinde conandum, vel illum conversione facere perficereque bonum, vel ipsi mihi facere bonum, ab illo declinare, ne ipse quoque cum illo corrumpar. Solent enim plerumque cum malis consortia non bene finire. In his autem videre etiam est illud: « Fac. » Non enim dixit: « Bonum loquere, » vel « doce, » vel « cogita, » vel aliud tale, sed: « Fac bonum. » Quod certe ultimus finis intentus conceditur esse omnis loquelæ, doctrinæ ac cogitationis. Quod autem a malo declinare facereque bonum non ipsum alienum sit a charitate, dulcis et sapiens et sanctus rex ait, hoc protinus subjungens: « Quære pacem, et persequere eam [9]. » Tanquam enim aliquo suggerente: Da mihi methodum, præceptor rex, ut mali vitationem et una boni operationem perficiam; statim docte subjicit, per pacem, sive per charitatem, tale bonum esse complendum. Charitatis enim aliquod solidum est segmentum pax, non minus ac amicitia, sicut consideranti juxta veritatem facile probatur.

62. Si ergo non est mali devitatio nec operatio boni aliter, nisi per pacem, tum per qualemcunque, tum per eam quæ in unoquoque nostrum est, secundum quam omnis exoriens animæ passio redigitur in servitutem, et ita subjicitur reginæ rationi; quærendum est eam, si forte absconditur. Et certe, si quæramus, inveniemus. « Omnis enim qui quærit, invenit [10], » sicut in veritate discimus. Si vero postquam quæsivimus et invenimus, non possumus eam capere propter multas causas, quarum omittimus facere mentionem, ne sine necessitate tædio molestiaque afficiamus benevolos auditores; tunc saltem et persequemur eam fugientem, quod est: ad eam festinanter curremus, cursum nobis levem faciente qui manibus tenet cœlestis vocationis bravium, qui pacem dat nobis invocantibus nomen ejus. Certe enim qui semel dixit hoc: « Pax vobis [11]; » et hoc: « Pacem meam do vobis [12], » scilicet meis, non illam quæsitam abscondet a nobis, sed jubebit ad nos venire, dummodo Deum invocemus, dummodo supplices rogemus, dummodo digni fiamus qui pacem inveniamus Deo charissimam; cujus compotes beati sunt, sed et auctores beati simul dicuntur, tanquam filii Dei adoptivi. « Beati enim, ait, pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur. »

63. Ego quidem et qui juxta me sunt, ita de pace Dei, quæ charitate constat, et de pacificis secundum illam hominibus, sentimus. Scio vero quosdam aliter dispositos et irascentes, si quosdam

[9] Psal. xxxiii, 15. [10] ibid. [11] Luc. xxiv, 36. [12] Joann. xiv, 27.

vident sese regulariter diligentes invicem, et secundum Deum amantes, et spiritualiter pacem custodientes. Qui quoque, gladium vibrantes, tales intercidunt unanimitates, et non verentur vitæ commiscere turbas et perturbationes et lites et commotiones et vindictas et aliquando punitiones : quasi sanguine lætantes, cupientesque in filiis Dei libere exerceri veterum flagella Laconum et irrationabilia Mithræ supplicia, necnon mortiferos Celtarum ex ebrietate lusus, et Scytharum tentamina, quibus homines in altum projecti, deinde illapsi, lanceis in altum sublatis transfigebantur. His autem sic agentibus, quæ pacis sunt aliter etiam, ut videtur, præter communem et assuetam et rectam sententiam, et a Deo traditum Davidicum de pace verbum, excipiuntur. Quærunt enim quidem tales pacem, ubi forte inveniatur, et odorisequi, inveniunt apud colentes eam, non autem apud eos manere sinunt; sed persequuntur alio modo, non ut comprehensa custodiatur, sed ut terra exeat, et ipsi exsultant de interpretabili duplicitate persequendi, quasi per eam sophistice triumphantes. Persequi namque etiam de dilectione in Scriptura habetur: sed plerumque de odio. Sic enim apud Deum beatificantur, quos quidam probris afficiunt propter illum et persequuntur. Sed quidem talibus sorte contingat gratum ipsis odium, ut cum diabolo, inimicitiæ duce, congaudeant; nos autem in nobis ipsis habeamus pacem, sicut Deus præcipit, et illam ex tota anima colamus.

A βλέπουσι φιλουμένους κανονικῶς ἀλλήλοις, καὶ κατὰ Θεὸν ἀγαπῶντας, καὶ πνευματικῶς εἰρηνεύοντας. Οἱ καὶ μαχαίρας βάλλοντες, τὰς τοιαύτας ἀποτέμνουσι συμφυΐας, καὶ οὐκ ἀνέχονται μὴ ταράχους τῷ βίῳ ἐμπολιτεύεσθαι καὶ ὀχλήσεις καὶ δίκας καὶ τύρβας καὶ ζημίας, ἤδη δέ που καὶ κολάσεις· ὡς οἷα χαίροντας αἵμασι, καὶ τὰς τῶν παλαιῶν Λακώνων ποθοῦντες ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ παῤῥησιάζεσθαι μάστιγας, καὶ τὰ κατὰ τὸν Μίθραν ἀλόγιστα κόλαστρα, ἤδη δὲ καὶ τὰ Κελτικὰ θανάσιμα ἐκ μέθης παίγνια, καὶ τὰ κατὰ Σκύθας, παρ' οἷς ἄνθρωποι ἀναῤῥιπτούμενοι ἐς ὕψος, εἶτα κατιόντες λόγχαις ὀρθαῖς πεπηγυίαις περιεπείροντο. Τοῖς δὲ οὕτω κατεργαζομένοις τὰ εἰρηνικὰ καὶ ἄλλως, ὡς ἔοικε, παρὰ τὴν κοινὴν καὶ συνήθη ἔννοιαν καὶ ὀρθὴν καὶ θεοπαράδοτον τὸ περὶ τῆς εἰρήνης Δαυϊτικὸν ῥητὸν ἐκλαμβάνεται. Ζητοῦσι μὲν γὰρ εἰρήνην οἱ τοιοῦτοι, ὅποι ποτὲ πολιτεύεται· καὶ ῥινηλατοῦντες εὑρίσκουσι μὲν παρὰ τοῖς πραγματευομένοις αὐτὴν, οὐκ ἀφιᾶσι δὲ μίνειν παρ' ἐκείνοις· διώκουσι δὲ τρόπον ἄλλον, οὐχ ἵνα καταληφθεῖσα φυλαχθῇ, ἀλλ' ἵνα ἐξ ἀνθρώπων γένηται· καὶ που καὶ ἐπαγάλλονται τῇ κατ' ἔννοιαν διπλόῃ τῆς διώξεως, οἷα κατασοφιζόμενοι δι' αὐτῆς. Διώκειν γὰρ καὶ ἐπὶ φιλίας μὲν τίθεται γραφικῶς, τὰ πολλὰ δὲ ἐπὶ μίσους. Οὕτω γὰρ μακάριοι παρὰ τῷ Θεῷ, οὓς ὀνειδίσουσί τινες ἕνεκεν αὐτοῦ καὶ διώξουσιν. Ἀλλὰ τοὺς τοιούτους μὲν λάχοι τὸ φίλον αὐτοῖς μῖσος, ἵνα τῷ διαβόλῳ συγχαίροιεν, τῷ τῆς ἔχθρας ἄρχοντι· ἡμεῖς δὲ εἰρηνεύοιμεν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, ὡς ὁ Θεὸς παραγγέλλει, καὶ πραγματευοίμεθα τοῦτο ἐξ ὅλης ψυχῆς.

B

C

64. Precemur deinde ut potentissimo nostro dominatori major a Deo potentia fiat, ad eam integre perfecteque in mundo pro communi salute exercendam. Etsi enim quidam homines sæpe non animadvertere curant quibus iste circumdatur periculis; tamen in mentem descendentes accurate sciunt. Habet quidem vere perpetuoque de cœlo auxilium ac levamentum. Quomodo enim istis non locupletetur ille qui exinde sine medio electus est a Dei sapientia quam deamavit et in regnum elevatus, unaque regia corona tropæisque, quorum nos primitiæ sumus, exornatus? Decet tamen nos, quos ipse, post Deum, liberavit, et secundum quem vivimus, in commune libenter quod nostrum est afferre per preces, quarum auditionem Deus sane non recusabit. Scimus enim, et quid sit oratio, et quod Deus orationem justam aversari non potest. Numquid enim incensum inanimum olim in veteri lege et nunc apud nos incensum quod decet sanctos, acciperet sicut credimus (accipit autem velut divinorum mysteriorum symbolum), orationem vero quæ solet ad illum dirigi rationalis et animata, ex veritate rectaque conscientia proficiens, non reciperet?

nominibus est optimum, et, ut opportunissime dicam, hominem verissimum, sed et beatum reipsa ac citra omnem reprehensionem. Et hujusmodi speciei obtinemus qualitates, si magistrum qui super cœlos est imitemur : qui alias quidem ante sæcula operans, ut quis humana ratione concipere non valeat, postremum autem mundi creationi manum admovens, statim a principio tunc doctrinam hominum mentibus indidit, eam quæ ex ipsis ejus operibus est, iisque super laudem, iis magnificis, iis rationabilibus et supra rationem. Eruditi enim alia quidem cœli, alia autem terra; et alia, quæ jacet in medio eorum omnimoda plenitudo. Discebant enim prorsus ab hoc illius ævi homines quod, sicut in creatione, sic et in creatis alia quidem supereminent, alia vero locum tenent inferiorem ; et decet ea quidem in hominibus sublimia splendidaque, veneranda intactaque humilioribus esse (siquidem et quæ sunt sursum, talia sunt), quæ vero deorsum et humilia et non splendentia, eum quem sortita sunt, ordinem amare, propriisque terminis circumscribi. Et mens exinde concipit superjacentia ideoque venerabiliora super inferiora atque humilia non in vanum, nec casu, nec ex semetipsis, sublimari ac lucere, sed ex quodam auctore validiore atque omnipotente, qui quidem posuit cœlum in altissimo, supposuit autem universorum matrem terram per modum conjunctionis, ut irriget eam quidem illud et ipsa proprios generet fructus ; sed et magnifice dispensavit inextinguibiles lucernas cœlestes, ut semper in lumine degamus, die quidem illuminati sole, nocte vero, aliis innumeris lucentibus luminibus, in tantum subobscure surgentibus absque lumine lunæ, quantum oportet ut non advocemur in aliquod continuum opus campestre et aliunde laboriosum, ad fatigandum eos qui non sustinerent intermissam operam ; sed vigilare quidem per hujusmodi luminum gratiam, et quiescere per noctis interpositionem possimus.

21. Hæc igitur ediscebant, et, istorum auxilio, alia plura ac meliora. Insuper autem docebantur quod mentem et rationem homines habentes, et hoc insigne super quodcunque aliud animal feliciter sortiti ex altero meliore spiritu, rationeque præstante, omnium quæ sunt in mundo auctore, hujusmodi bonis ditantur, utpote hæreditate ad ipsos pertinente; quam semper etiam requirere, sicut nobilis filius proprium patrem, oportet. Et sic quidem ipsi doctrinam accipiebant absconditam quam mundus ipsis subjiciebat conspectus et ut decet recogitatus.

22. Cum autem illud efficax a Deo documentum nullos inveniret mentem ad ipsum habentes, sed prave intelligerent hunc primitivum spiritum, qui et spiritus angelicos creavit, et mortales qui paulo minus ab angelis sunt, ac in amentiam plerique dæmone pulsi converterentur, et non solum in aliis quibusdam insanirent, sed et creata corruptibiliaque in deos, repugnantes Deo, extollerent,

καιριώτατα δὲ εἰπεῖν, ἄνθρωπον τὸν ὡς ἀληθῶς, καὶ μακάριον δὴ, τὸν ὄντως καὶ τελείως καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἀνάδασιν. Καὶ τούτου τοῦ εἴδους εὑρίσκομεν συνοχέα, εἴπερ μιμούμεθα τὸν ὑπερουράνιον διδάσκαλον· ὃς ἄλλως μὲν πρὸ τῶν αἰώνων ποιῶν, ὡς οὐκ ἄν τις ἐννοήσασθαι λογισμῷ ἀνθρωπίνῳ ἐφίκοιτο, ὕστερον δὲ τῇ τοῦ κόσμου ποιήσει ἐπιβαλὼν, διδασκαλίαν αὐτίκα τότε τὴν ἀρχὴν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς προκατεβάλετο, τὴν ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων αὐτοῦ, τῶν πέρα δόξης, τῶν παντοδαπῶν, τῶν καὶ ἀλλόγων καὶ ὑπὲρ λόγον. Παιδεύουσι γὰρ ἄλλα μὲν ὁ οὐρανὸς, ἄλλα δὲ ἡ γῆ· καὶ ἑτέρα τὸ ἐν μέσῳ τούτων παντοῖον πλήρωμα. Ἐδιδάσκοντο γὰρ πάντως διὰ τούτου καὶ οἱ τότε ἄνθρωποι, ὡς, καθὰ ἐν τῇ κτίσει, οὕτω καὶ ἐν τοῖς κατ' αὐτὴν τὰ μὲν ὑπερῆρται, τὰ δὲ ταπεινῶς ἔχει· καὶ πρέπει, τὰ μὲν ἀνθρώποις ὑψηλὰ καὶ λαμπρὰ σεβάσμια εἶναι καὶ ἀθιγῆ τοῖς ταπεινοτέροις (ἐπειδὴ καὶ τὰ ἄνω τοιαῦτα), τὰ δὲ κάτω καὶ ταπεινὰ καὶ μὴ ὑπερλάμποντα στέργειν, ἣν ἔλαχον, τάξιν, καὶ τοῖς οἰκείοις ὅροις ἐμπεριγράφεσθαι. Καὶ νοῦς ἐντεῦθεν ὑποβάλλεται, ὅτι τὰ ὑπερκείμενα καὶ οὕτω τιμιώτερα ὑπὲρ τὰ κατώτερα καὶ ταπεινὰ οὐ μάτην καὶ εἰκῇ, οὐδὲ ἐξ αὐτομάτων ὑφοῦνται καὶ ἐλλάμποντα, ἀλλ' ἔκ τινος αἰτίου κρείττονος καὶ παντοδυνάμου, ἀνεσπακότος μὲν τὸν οὐρανὸν ἐν ὑψηλοτάτῳ, ὑποθεμένου δὲ τὴν παμμήτορα γῆν ὡς ἐν συζυγίας λόγῳ, ἵνα ἐπαρδεύῃ μὲν ἐκεῖνος, αὐτὴ δὲ γεννᾷ τὰ καθήκοντα, δαψιλευσαμένου δὲ ἀσβέστα λύχνα οὐράνια, ἵνα ἓν φωτὶ ἀεὶ διάγωμεν, ἡμέρας μὲν ἡλίῳ καταλαμπόμενοι, νυκτὸς δὲ — ἀλλὰ τότε πολυμέριστα πλουτοῦντες φῶτα, εἰς τοσοῦτον ἀμυδρῶς ἀνατέλλοντα δίχα γε τοῦ κατὰ σελήνην, ἐς ὅσον μὴ προκαλεῖσθαι ἡμᾶς ἐπὶ τὸ ἀεὶ γεωργικόν τι καὶ ἄλλως ἐνεργὸν, ὡς ἀποκάμνειν ἀπαγορεύοντας ἐν τῷ διηνεκῶς πονεῖσθαι, ἀλλ' ἔχειν ἐγρηγορότως μὲν διὰ τὴν τῶν ἐκεῖθεν φώτων χάριν, ἀναπεπαυμένως δὲ διὰ τὴν νύκτερον ἐπιπρόσθεσιν.

καʹ. Ταῦτά τε οὖν ἐδιδάσκοντο, καὶ διὰ μέσων τούτων ἕτερα καὶ πλείω καὶ κρείττονα· προσεδιδάσκοντο δὲ καὶ ὅτι νοῦν καὶ λόγον οἱ ἄνθρωποι σχόντες, καὶ τοῦτο ἐξαίρετον ὑπὲρ ζῶον ἅπαν ἄλλο εὐκληροῦντες ἔκ τε τοῦ κρείττονος ἑτέρου καὶ νοῦ καὶ λόγου, πάντων τῶν κατὰ κόσμον αἰτίου, τὰ τοιαῦτα πλουτοῦσιν ἀγαθὰ, ὡσεὶ καὶ κλῆρον καθήκοντα εἰς αὐτούς· ὃν καὶ ἐχρῆν ἐπιζητεῖν ἀεὶ, ὡσεὶ καὶ παῖς εὐγενὴς πατέρα τὸν ἴδιον. Καὶ οὕτω μὲν αὐτοὶ διδασκαλίας εἶχον σεσιγημένης, ἣν ὁ κόσμος αὐτοῖς ὑπέβαλλεν ὁρώμενος, καὶ ὡς ἔδει κατανοούμενος.

κβʹ. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἐμπρακτον τοῦτο ἐκ Θεοῦ διδασκάλιον οὐδένας εὑρισκεν, ἔχοντας τὸν νοῦν πρὸς αὐτῷ, ἀλλὰ παρενόουν τὸν πρώτιστον νοῦν, ὃς καὶ τοὺς ἀγγελικοὺς νόας ὑπέστησε, καὶ τοὺς, ὅσοι τῶν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένων εἰσὶ, καὶ εἰς ἀπόνοιαν οἱ πλείους δαιμονιώδη παρετρέποντο, καὶ οὐ μόνον ἄλλα τινὰ παρεφρόνουν, ἀλλὰ καὶ τὰ κτιστὰ καὶ φθαρτὰ εἰς θεοὺς ἀνῆγον θεομαχοῦντες· τότε

δὴ ἐλεήσας τοὺς τοιούτους τῆς παροινίας, καὶ ποιήσας τὰ πάντα καὶ εὖ ποιήσας, εὐδοκεῖ ἐπ' ἐκείνῳ τῷ ποιῆσαι τὰ πρῶτα, εἶτα καὶ διδάξαι· καὶ τοῦτο πολυτρόπῳ μεθόδῳ ἐπιφιλοτιμησάμενος, ἀποστέλλει θεράποντας αὐτοῦ διδασκάλους τῶν θείων θελημάτων πολλούς· ἐν οἷς δίχα τῶν ἄλλων, τῶν καὶ σοφῶν καὶ πολυσχιδῶν, καὶ προφῆται γένους ἑκατέρου. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸ θῆλυ ἀσυντελὲς οὐδ' ἐνταῦθα εἰς διδασκαλίαν θείαν ἀπέβη, ἀλλὰ πολλοὶ ἐδιδάχθησαν καὶ δι' αὐτοῦ.

κγ'. Ἐπεὶ δὲ κατίσχυεν ὁ τῆς ἁμαρτίας εἰσέτι νόμος καὶ τὸ κατ' αὐτὴν ἔθος, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐξηλείφετο, ἀλλὰ πᾶσα διδασκαλία καὶ ἔγγραφος καὶ ἄγραφος ἀργὸς ἦν· τότε δὴ ἀμεταβάτως καὶ οὐδὲ χθαμαλῶς διαβὰς ἄνωθεν εἰς τὰ ταπεινὰ, καὶ κοινωνήσας τῶν κατ' ἀνθρώπων, ὡς Θεῷ ἔπρεπεν, ἐκάθισεν ἐπὶ θρόνου δόξης διδασκαλικῆς· καὶ ἐκ παιδὸς ἕως καὶ εἰς ἡλικίαν τελείαν προσμείνας τῷ ποιεῖν καὶ διδάσκειν, ἐξήνυε τὰ εἰς σωτηρίαν ἡμῶν, μακαριώτατον τοῦτο ἐκτετελεκὼς πρᾶγμα, ἐξ οὗ διεβιβάσθη ὁ μακαρισμὸς καὶ εἰς πάντας ἄλλους, οἱ διαδεδεγμένοι αὐτὸν ποιοῦσι καὶ διδάσκουσιν ἀποστολικῶς, ὧν ἑκατέρῳ ἀμφότερα ἐνθεωροῦνται, εἰ καὶ ἄλλως ὡς οἷα δι' ἀλλήλων ἥκοντα. Ποίησίς τε ἀγαθοῦ ἅπασα εἰς διδασκαλίαν ἀποτελευτᾷ τῶν ἐθελόντων ζηλοῦν· καὶ διδασκαλία δὲ ἀγαθοῦ παντοία εἰς ποίησιν αὐτοῦ ἀφορᾷ, ὡς ἀπολήγειν τὸ μὲν ποιεῖν εἰς τὸ διδάσκειν, τὸ δὲ διδάσκειν εἰς τὸ ποιεῖν, καὶ οὕτως εἰς τέλος ἀμφοτέρων ἐκβαίνειν ἀμφότερα. Καὶ ἔστιν οἰκείωσις καὶ αὕτη φυλακικὴ, μεταχωρούντων ἑκατέρων εἰς ἑκάτερα λόγῳ ἀντιστροφῆς, καὶ τελεσφορούντων ἄνθρωπον τὸν κατὰ Θεόν.

κδ'. Καθεσταμένου δὴ οὕτω καὶ τοῦ ἄμφω ταῦτα τὰ ἀγαθὰ δυάζοντος, τὸ δηλαδὴ καὶ ποιεῖν καὶ διδάσκειν, ἐπισκεπτέον καὶ τὸν πάντη ἕξαλλον, τὸν μήτε ποιοῦντά τι ἀγαθὸν, μηδὲ μὴν διδάσκοντα· καὶ εἴη ἂν αὐτὸς οὐκ ἂν οὐδὲ ζῶον ἄλογον, οὐδέ τις ἑτέρα τῶν ἀλλοφύλων φύσεων, ἃ καὶ αὐτὰ λελόγωται τρόπον τινὰ, οἷς εἰς Θεοῦ αἶνον μεταχαλοῦνται ψαλμῳδικῶς διὰ τὰ ἐν αὐτοῖς θαυμάσια. Λογίζοιτο δ' ἂν προσφυέστερον ὁ τοιοῦτος εἰς ἄνθρωπον ἢ λίθινόν ἢ μαινόμενον, οἳ οὔτε ὁρῶσιν, οὔτε διδάσκουσιν οὐδέν, ἀλλ' ἢ μόνον ἐλεοῦνται τοῦ παρεννηνέχθαι τῆς κατὰ φύσιν πλάσεως· ὧν ἐπιμᾶλλον δυσμίμητοι, ἐν οἷς ἡ ἄκρα πονηρία καὶ κοσμικὴ κακεξία. Δυσπραγεῖ καὶ εἰς πλέον, τὸ πάντων χείριστον. Εἰσὶ γὰρ τινες εἰς τοσοῦτον κεκολοβωμένοι τῆς εἰς ἀγαθὸν διαρτίας, ὥστε σὺν τῷ μηδὲν εὐηρεστημένον Θεῷ ἢ ποιεῖν, ἢ διδάσκειν, ἐκκλίνουσιν εἰς τὸ μηδὲ ἄξιον, Θεῷ μισητὰ καὶ διαπραττόμενοι καὶ ὑποτιθέμενοι, οὐκέτ' αὐτοὶ οὐδὲ ἄνθρωποι ὄντες, ἀλλ' εἰς δαίμονας τοὺς καὶ ἀρχεκάκους καὶ φαυλοποιοὺς καὶ πονηροδιδασκάλους ἀποτάττόμενοι.

κε'. Ἐπεὶ οὖν οὕτω ταῦτα (καὶ οὐ διεξεπέσομεν, οἶμαι, τοῦ ὀρθῶς διελεῖν), φέρε δὴ ἐξετάσωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, ἀναβαίνοντες ἐκ τῶν ἐσχάτων ἐπὶ τὰ πρὸ αὐτῶν, καὶ θεωρήσωμεν, ἐν ποίῳ τῶν διαιρεμάτων τεταξόμεθα ἡμεῖς οἱ νῦν διδάσκοντες. Καὶ ὅτι μὲν εἰς ἔσχατον κακίας διεκπίπτοντες ἀποσυριχθησό-

— tum misertus illorum dementiæ, qui cuncta fecerat et bene fecerat, primæ creationi doctrinam adjecit; et huic multiplici methodo cum adhæsit, multos e suis servis divinarum voluntatum doctores ablegat, in quibus præter alios, sapientes et varios, utriusque generis prophetæ. Nec enim hic femineus sexus ad divinam doctrinam evasit inutilis, sed multi ab illo edocti sunt.

23. Cum autem adhuc prævaleret peccati lex et mores ex ista venientes ne sic quidem abolerentur, sed omnis doctrina scripta et non scripta inefficax esset, tunc absque mutatione et demissione desuper in humilia descendens et rebus humanis, ut decebat Deum, participans, in gloriæ magistralis throno sedit; et ab infantia usque ad ætatem perfectam, facere docereque perseverans, quæ sunt ad nostram salutem adimplevit, hoc felicissimo perfunctus negotio, ex quo felicitatis privilegium transiit ad alios omnes, qui recipientes illius locum apostolice faciunt et docent, quorum in utroque ambo conspiciuntur, etsi alias quasi per invicem veniant. Omnis exsecutio boni terminatur ad doctrinam æmulari volentium; et omnis boni doctrina ad illius exsecutionem prospicit, ita ut operatio desinat in doctrinam, et doctrina in operationem, et sic finaliter utraque ex utraque procedat. Est etenim proprietas illa custos, ubi utraque in utramque mutua vice transit et hominem secundum Deum perficit.

24. Posito quoque ita hoc, quod copulat ambo ista bona, facere scilicet et docere, considerandus etiam est ille prorsus alius, ille qui nec aliquid boni facit, nec docet; quin ipse sit aut brutum animal, aut quædam alienarum specierum altera; quæ quidem et ipsa quodammodo assimilata sunt rationi, eo quod propter mirabilia in eis conspecta, ad Dei laudem a Psalmista convocantur. Aptius autem talis repræsentaret hominem vel lapideum vel insanum, qui nec aliquid agunt, nec docent, sed tantum miserationem, eo quod a naturali formatione alienati sint, excitant: quibus multo miseriores hi sunt imitatores, in quibus est summa malitia et in genere mala dispositio. Magis autem infelix adhuc est, omnium pessimum. Sunt enim quidam a forma quæ tendit ad bonum adeo alienati, ut dum prorsus nihil Deo gratum nec agant nec doceant, in quod minime dignum est delabantur, odiosa Deo facientes et suggerentes, nec jam homines, quippe qui in dæmones pessimos mala facientes et prava docentes transformati sunt.

25. Cum igitur hæc ita sint (et non, puto, a recta sententia defecimus), ea nos ipsos examinemus, ab ultimis ad ea quæ priora sunt ascendentes, et videamus, in qua divisione nos qui nunc docemus, ordinandi simus. Quod in ultimum malitiæ delapsi, sibilandi simus, non dicam. Confidens

enim istam accusationem rejicio. Nemo enim, nec qui vestimenta laceraverit, nec qui caput nudavit, nec qui frontem induravit, nec qui pudorem amisit, exprobraret nobis, neque malum firmiter abjiciendum, quod scilicet in actibus vel in sermonibus doctrinam diabolice depravatam tradiderimus, neque quod nihil boni fecerimus neque docuerimus in his quæ ad nos hic attinent, idque negligentiæ vel ignaviæ causa, vel secundum aliam, quam quis inveniret, causam. Si vero quis, diabolica mente, in tantam adversum nos manifestationem audacia ferretur, ecce tempus, ipse quidem os adaperiat; nos autem hiatum obturamentis a Deo adhibitis, quibus et ora leonum lenta reddit ille ad vorandum eos qui confidunt in ipsum, occludemus.

26 Hac autem a nobis rejecta duplici pravitate, cui in superioribus quintus assignatus est locus, et etiam ista quæ post ipsam in numero sexto posita est, juxta quam a doctore abest doctrinæ systema (omitto enim illam longius recordari), in quartum necessario incidemus, ut polliciti sumus, et inquiremus, an aliquid boni facientes vel docentes non pudorem excitaverimus eorum qui ad disciplinam nobis crediti sunt. Et ego quidem multa me fecisse et ad doctrinam protulisse puto; et qui vult meus adversarius esse, acuat linguam, sicut et ensem, ad apertum, et ego obtundam eam non in tres vel quatuor partes disrumpendo, præbente Deo potentiam, sed etiam in atomos attenuando; non enim mihi sic inutilem esse servum ejus concessum est, ut imperfectus fierem ad omnia, et nihil hic præsentibus essem utilis. Si vero firmiter in certamine contendo me duplex participare bonum, facere scilicet ac docere, non omnino cuilibet adversanti cederem mihi non esse partem cum operantibus et sic in operando docentibus. Ubi enim duplex est, ibi quoque est simplex. Itaque, si fecerim ac docuerim, quis sanæ mentis faciendi gloria me vellet orbatum, qui consequor unum et alterum comitans fortiter teneo? Si vero quis modo expositam duplicitatem explicans, res nostras rationi subjicit, quasi nos ad bonum non duplicia conjungamus (docentes quidem bonum, non autem et facientes), ascendat etiam ad hujusmodi certamen, et in me spectet sacerdotem, malis quidem omnibus artibus undique coopertum, sed bona docentem; et ego quidem desisto concessa propositione, quod bona docerem simul et ederer, siquidem vitæ tempus extenditur. Ipse vero demonstret in meis operibus malitiam, ut perfectum mihi bonum in dimidium redigat. Et si tu adversari non vales, abduxisti tibi nigredinem; si vero quæ facium ad demonstrationem potes, tunc adversum te judicium proferet sacrum Evangelium, et exprobrabit tibi, diversis de causis, et eo quod oportebat te cuncta quæ ego doceo facere, mea vero opera non imitari. Præscribit autem tibi arguere, et reprehendere, et exhortari, et sic quæ ducunt ad meam correctionem adhibere, non tamen

A μοι. Θαρρῶν γὰρ ἀποφάσκω ἐμοῦ τὸ ἔγκλημα τοῦτο. Οὐ γὰρ ἄν τις, οὔτε τὰ ἱμάτια διαῤῥήξας, οὔτε τὴν κεφαλὴν γυμνώσας, οὔτε τὸ μέτωπον παρατριψάμενος, οὐδὲ μὴν ἀναιδευσάμενος, ἐπικαλέσῃ ἡμῖν οὔτε τὸ προσηκόντως ἀπόβλητον κακὸν, τὴν ἔν τε πράξεσιν ἔν τε λόγοις δαιμονιώδη ἑτεροδιδασκαλίαν, οὐδὲ μὴν, ὡς οὔτε ἐποιήσαμεν, οὔτε ἐδιδάξαμεν ἀγαθὸν οὐδὲν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς δεῖ, ὀκνηρίας ἢ ἀμαθίας λόγῳ, ἢ καθ' ἑτέραν, ἣν ἄν ἐξεύροι τις, αἰτίαν. Εἰ δέ τις διάβολος ὢν ἀποθρασυνθείη καθ' ἡμῶν ἐς τοσοῦτον ἀποφάνσεως, ἰδοὺ καιρὸς, καὶ αὐτὸς μὲν καταχασκέτω· ἡμεῖς δὲ παραβύσομεν τῷ χάσματι τὰ ἐκ Θεοῦ ἐμφράγματα, οἷς καὶ στόματα λεόντων ἀργὰ ἐκεῖνος ποιεῖ ἀπεσθίειν τοὺς τεθαῤῥηκότας αὐτῷ.

B κς'. Ταύτης δὲ τῆς δισχιδοῦς φαυλότητος ἀποφασκομένης ἡμῶν, ἧς ὁ τόπος ἐν τοῖς ἀνωτέρω πίπτοντις ἐτάχθη, ναὶ μὴν καὶ τῆς μετ' αὐτὴν ἐν ἀριθμῷ ἕκτῳ, καθ' ἣν ὄντος τοῦ διδάσκοντος ἄπιστι τὸ διδασκόμενον σύστημα (ὀκνῶ γὰρ εἰς πλέον ἐπιμνησθῆναι αὐτῆς), ἐπιβαλοῦμεν ἀναγκαίως τῷ τετάρτῳ, καθὰ ὑπεσχήμεθα, καὶ ἐπελευσόμεθα, εἴ τί που καλὸν ἢ ποιοῦντες ἢ διδάσκοντες οὐ κατησχύναμεν τοὺς εἰς μαθητείαν ἐμπεπιστευμένους ἡμῖν. Καὶ ἐγὼ μὲν οἶμαι πολλὰ καὶ πεποιηκέναι, καὶ εἰς διδασκαλίαν προτεθεικέναι· καὶ ὁ θέλων ἐνστάτης ἐμοὶ γενέσθαι στομούτω τὴν γλῶσσαν, οἷα καὶ ξίφος, εἰ; ἐμφανὲς, καὶ ἐγὼ ἀπαμβλυνῶ αὐτὴν οὐ τριχθὰ καὶ τετραχθὰ διαῤῥήξας, ἐνδυναμοῦντος Θεοῦ,

C ἀλλὰ καὶ εἰς ἀτόμους ἀπολεπτύνας· οὐ γὰρ οὕτω παρακεχώρημαι ἀχρεῖος γενέσθαι δοῦλος αὐτοῦ, ὡς ἀσυντελὴς ἀποθῆναι κατὰ τὸ πᾶν, καὶ εἰς οὐδὲν τοῖς ἐνταῦθα χρήσιμος. Εἰ δὴ τοῦ διπλάζοντος καλοῦ μετέχειν ἐπαγωνίζομαι, τοῦ καὶ ποιῆσαι καὶ διδάξαι, οὐκ ἄν πάντως ὑπεισταίην οὐδενὶ ἀντιπίπτοντι, ὡς οὐκ ἔστιν ἐμοὶ μερὶς καὶ μετὰ τῶν ποιούντων καὶ οὕτω διδασκόντων ἐν τῷ πονεῖν. Ὅπου γὰρ τὸ διπλοῦν, ἐκεῖ πάντως καὶ τὸ ἁπλοῦν. Οὐκοῦν εἰ καὶ ἐποίησα καὶ ἐδίδαξα, τίς ἂν ἐχέφρων ἀποστερήσῃ με τῆς τοῦ ποιεῖν ἐνδοξότητος, ὃς καὶ αὐτοῦ περιέπομαι, καὶ τοῦ συνεφεπομένου δὲ ἀντέχομαι; Εἴ δέ τις τὴν ἐκτεθειμένην ἄρτι διπλόην ἀναπτύσσων, λογιστεύει τὰ καθ' ἡμᾶς, ὡς μὴ δυαζομένους εἰς ἀγαθὸν (διδάσκειν μὲν γὰρ τὸ καλὸν, οὐ μὴν δὲ καὶ

D ποιεῖν), ἀναβήτω καὶ εἰς τοιοῦτον ἀγῶνα, καὶ θεωρείτω με εἰς ἱερέα, κακοῖς μὲν ἅπασιν ἀποτελέσμασιν ἔμφορτον, διδάσκοντα δὲ ἀγαθά· καὶ ἐγὼ μὲν ἀπορῶ λήμματος ὁμολογουμένου τοῦ ἀγαθὰ καὶ διδάσκειν καὶ διδάξασθαι δὲ, εἴπερ ὁ χρόνος τῆς ζωῆς παρατείνεται· αὐτὸς δὲ δεικνύτω τὴν ἐν τοῖς ἐμοῖς ἔργοις κακίαν, ἵνα τὸ τέλειόν μοι ἀγαθὸν εἰς ἥμισυ καταστήσῃ. Καὶ εἰ μὲν ἀδυνατήσεις, ὧ σὺ ἐνστάτα, ἀπηνέγκω τὴν μέλαιναν· εἰ δὲ καὶ εὐτονήσεις τὰ εἰς ἀπόδειξιν, δικηγορήσει τηνικαῦτα κατὰ σοῦ τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, καὶ ἐπιτιμήσει ἄλλως τε πολλαχῶς, καὶ διὰ τοῦ χρῆναι πάντα μὲν, ὅσα ἐγὼ διδάσκω, ποιεῖν σε, τοῖς δὲ ἐμοῖς ἔργοις μὴ ἐπακολουθεῖν. Παρακελεύεται δέ σοι καὶ τὸ ἐλέγξαι, καὶ ἐπιτιμῆσαι, καὶ παρακαλέσαι, καὶ οὕτω φρονίμως μεταχειρίσασθαι

τὰ εἰς ἐμὴν διόρθωσιν, οὐ μὴν ὀρεωδῶς, καὶ ὡς ἂν A serpentino modo, et ita ut dæmones gaudeant.
χαίροιεν δαίμονες. Οἶμαι δέ, ὅτι καὶ ἄλλως αἰτιάσεταί σε ὁ ὀρθὸς λόγος, εἰ μὴ χθές που καὶ πρὸ τρίτης· καὶ ἔτι μικρόν τι ἀνόπιν, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς ἀρχῆς, ὅτε τοῦ ἱεροῦ τούτου λάχους ἐγενόμην μέχρι καὶ τῆμερον ἀνεξελέγκτως, λογοπραγεῖς με, τὸν καὶ διάκονον τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων, καὶ ἱερέα, καὶ ἀρχιερέα, καὶ θύτην, καὶ μύστην Θεοῦ, καὶ μυσταγωγὸν ἐν ὑμῖν, καὶ πατέρα κατὰ πνεῦμα, καὶ διδάσκαλον, καὶ ἁγιαστὴν ἐν Θεῷ· καὶ πράγματα παρέχεις καὶ καταχραυγάς, καὶ ὀχλήσεις, καὶ δι' ὄβριεων ἄγεις, καὶ τὴν ἀδελφότητα ψεύδῃ, καὶ τῆς ἱερᾶς ἀποσχίζῃ συνάξεως, καὶ οὐδὲ τὴν αὐτὴν γῆν ἡμῖν ἀνέχῃ πατεῖν, οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀναπνεῖν ἀέρα, καὶ συναντήσας δέ που καθ' ὁδὸν ἐκτρέπῃ πλαγιάζων, καὶ σεαυτὸν ἀφορίζεις ἐξ ἡμῶν, καὶ δίδως οὕτως ἐπὶ τὸν νῶτόν σου τεκταίνειν τοὺς ἁμαρτωλοὺς δαίμονας, καὶ τὰς ψόας σου ἐμπιπλᾷν ἐμπαιγμάτων. Στῆθι μικρὸν, ἔμβλεψον, λάλησον εἰς ἐμφανὲς, προβαλοῦ τὰ λυποῦντα, καταδίκασον, δικαιώθητι, καὶ τότε ποίει, ὅπερ ἐθέλεις· ὅτε νικήσας μὲν βελτιώσεις ἡμᾶς, νικηθεὶς δὲ καὶ ἐπιγνοὺς τάληθὲς βελτιωθήσῃ, ἀποκαταστὰς εἰς ἔμφρονα· ἄλλως δὲ διαβίου, ἡμῖν ἀπέχειν μανίας ἀντίκρυς πάθος ἐξιστώσης φρενῶν.

κζ'. Ἀλλὰ καταστήσαντες καὶ τοῦτο ἐνταῦθα, οὐ δεησόμεθα μακρῶν λόγων οὐδὲ εἰς τὸ πρῶτον, ὅπερ ἦν τὸ ἀγαθουργεῖν καὶ ἄτερ διδασκαλίας. Εἰ γὰρ ἐδείξαμεν, ὅτι καὶ ἐποιήσαμεν καὶ ποιοῦμεν, συναποδέδεικται δῆπουθεν καὶ αὐτὸ τέως γε μὴν, εἴπερ B καὶ τοῦτο πέσοι ἐς ἀπόδειξιν. Ὁ Θεὸς μὲν εἰδείη ἂν καὶ οἱ ἑκάστων φύλακες ἄγγελοι πάντα τὰ κακῶς ποιούμενα, ἄνθρωπος δὲ οὐκ οἶμαι εἴπερ ἄπας. Εἰ γὰρ τῶν σεμνῶς καὶ οὐδὲ κανόνος ἔξω πραττομένων τὰ πλείω διεκφεύγει τὰς τῶν πολλῶν αἰσθήσεις καὶ τὰς ἐντεῦθεν εἰδήσεις, σχολῇ γε ἂν τὰ σφοδρῶς ἡμαρτημένα, καὶ σκότου ἄξια, καὶ αἰσχύνην ἐπισυρόμενα, καὶ αἰδοῦς αἴτια, πρόοπτα γίνοιντο ἄν, καὶ ταῦτα τοῖς μήτε τῆς αὐτῆς ἑστίας, μήτε ὀρόφου τοῦ αὐτοῦ, μήτε τραπέζης μιᾶς κοινωνοῖς.

κη'. Καὶ οὕτω μὲν ἐγὼ ἀμφὶ τούτοις ἔχω, τυχὸν μὲν ὀρθὰ δοξάζων, ἴσως δὲ καὶ σφαλλόμενος· ὑμεῖς δὲ, ὦ φίλον ἀκροατήριον, ὦ ἐν Χριστῷ ἀδελφοὶ, ὦ δοῦλοι Θεοῦ καθὰ καὶ ἐγὼ, ὦ καὶ φρονεῖν ἄκροι, καὶ D κρίνειν τὰ πρακτέα ὀρθῶς δεξιοὶ, πρὸς τῶν ἀρετῶν, ἃς ἰδοὺ ἐπεμαρτυράμην ὑμῖν, πρὸς αὐτοῦ Θεοῦ τοῦ ὑπὲρ ἅπασαν ἀρετὴν, διακρίνατε καὶ ἀποφήνασθε καὶ διδάξατέ με, ὅπη τῶν ἀπηριθμημένων τόπων τετάξομαι· ὡς ἂν μαθὼν τὸν ἐμὸν τόπον, καταστα θῶ εἴ τι πάγιον ἢ γνώσεως ἢ ἀπογνώσεως, ὡς νῦν γε νομίζω σταθερῶς, ὅτι καὶ ἐποίησα καὶ ποιῶ πρὸς δύναμιν ἐμὴν, καὶ ἐδίδαξα καὶ διδάσκω, καθὰ ἐνεχώρει. Δοκῶ μὴ μακρὰν εἶναι τοῦ καὶ ἐγὼ ἄνθρωπος εἶναι Θεοῦ, ὡς καὶ ὑμῶν ἕκαστος· καὶ οὕτω δοξάζων ἀξιῶ ἐξ ἀνάγκης, ἀναλόγως τῇ κατ' ἐμὲ ἀνθρωποτήτι ἐξευρίσκειν τὰ πρὸς ἐμὲ ὡς ἑκάστοτε συμπτώματα. Οἷόν τι λέγω; Ἐθέλω εὐλογῶν τινας αὐτὸς μὴ κακολογεῖσθαι, μηδὲ ἐν τῷ ἐπαινεῖν πε-

Puto vero quod etiam aliunde te recta ratio reprehendet, si non heri, neque nudius tertius, neque paulo ante, sed ex ipso principio, cum sacram hanc sortem obtinui, usque ad præsentem diem, absque probatione calumniaris me, et mysteriorum Dei ministrum, et sacerdotem, et archisacerdotem, et sacricolam, et Dei mystam, et mystagogum inter vos, et secundum spiritum patrem, et doctorem, et in Deo sanctificatorem; et negotia præbes et clamores et turbas cies, et injuriose agis, et fraternitatem mentiris, et a sacra communione te separas, et nec eamdem terram ac nos calcare, nec eumdem spirare aerem sustines, et si forte nobis occurras, conversus oblique a via declinas, et te segregas a nobis, et ita das super dorsum tuum fabricare peccatores dæmones, et renes tuos impleri illusionibus. Siste paululum, intuere, loquere aperte, projice quæ te contristant, condemna, justitiam sume, et tunc fac quod vis: quod si viceris quidem, meliores nos facies; si vero victus fueris et verum cognoveris, melior evades, ad sensum reversus. Cæterum autem vive, nos a mania quæ prorsus subvertit sensum abalienans.

27. Verum etiam hoc ibi posito, neque longis opus erit nobis sermonibus ad primum, quod erat agere bonum etiam absque doctrinæ traditione. Si enim ostendimus, quod et fecimus et facimus, simul aliquo modo demonstratum est hoc ipsum, saltem, quantum et istud sub demonstrationem cadere potest. Deus quidem scit, necnon cunctorum custodes angeli omnia male facta, non autem unusquisque, puto, mortalium. Si enim sancte et non extra regulam factorum pleraque fugiant multitudinis sensus ideoque cognitionem, multo minus quæ graviter sunt peccata tenebrisque digna, et pudorem habentia comitem, et probri causæ, manifesta fierent, et his qui nec ejusdem sunt domus, nec tectum idem neque unam mensam participant.

28. Et sic quidem super his ego sentio, forte quidem recte opinans, forsitan autem et deceptus. Vos autem, o charum auditorium, o fratres in Christo, o Dei servi sicut et ego, o sagaces ingenio, habilesque ad judicandum quæ recte sint acta, per virtutes, de quibus testati sumus vobis, per ipsum Deum qui super omnem virtutem est, dijudicate, et denuntiate, et docete me quonam enumeratorum locorum reponendus sim; ut, meo cognito loco, constituar in quadam stabilitate cognitionis vel ignorationis, sicut nunc firmiter credo, quod secundum meam potestatem feci et facio, et juxta vires, docui et doceo. Puto non procul abesse quin et ego sim homo Dei, sicut et unusquisque vestrum; et ita putans, dignum ex necessitate existimo, ut, ex analogia cum humanitate mea, reperiam erga me semper eadem symptomata. Quid dico? Volo quosdam benedicens non maledici,

nec, dum laudo, vituperari; ægre fero, non furans pati furtum, non rapiens rapinam subire, non laqueos ponens supplantari, non luctans in terram projici. Nec subripio, nec abstraho alienum : unde peto, ut nec alii nihil simile committant, nec erga quædam alia, nec erga mea. Mea enim dico, et non immerito, quæ mihi Deus in providentiam subministravit. Arguo quæ Dei sunt et sanctorum ejus furtim subripientes ; et ipse quæro criminationem, si et ego in causa simili stulte egerim. Terminis malignis petor a multis : cujus tandem omnium hæreditati insidiatus sum ?

29. Illa quæ ex animo dicta sunt volo nec calumniose impeti nec detrahi, quia nec ego tale vulnus animæ meæ impressi. Vulnera enim ego opportune dico spiritualia, quæ veniunt ex calumniis et detractionibus, et vulnera sunt non patientium, sed multo magis facientium. Qui enim calumnias et detractiones passi sunt, coronam habent a Deo, qui virtutis certamina remuneratur, sive captiunt malitiæ retibus fuerint, sive illa effugerint. Qui vero calumniam et convicium exercuerunt, si, coronis orbati, nihil jam possint propter opprobrium, quasi pice inuncti ridendi forent; hoc tamen grave non est : illud autem miserum et lacrymis plane dignum, quod vulnerentur intus, conscientia quidem ipsos torquente, dum pectora vero lacerantur, tanquam nihil ipsis gratum perfecerint. Et de istis est pulchre dicendum, quod in ipsos tela contra innocentes directa retorta sunt, et ipsorum enses in corda propria intraverunt : nam quæ quidem ipsi projecerunt, veluti puerilia tela habita sunt, et forte non percusserunt; quæ vero justitia contra ipsos retorsit, in interiora cordis intraverunt et vulnera inflixerunt.

30. Insuper volo justa loquens non despici, sed audiri. Non enim ibi vulgaris aut ignobilis homo sum, sed ad docendum teneo principatum; et discendi facultatem sub me magistro obtinent hujus loci cives. Hoc divini Spiritus donum est, qui me in tantum opus ordinavit, cujusque gratia Dei apostolus et ipse habeor. Apostolus autem, sicut et omnis presbyter, non indignus attentione judicatur, sed primum illum audiunt, qui cœtu congregati sunt; deinde si cujusdam utilitatis et commodi agnoscant esse dicta, audiunt, docilesque parent, et in pace locutum dimittunt. Cur igitur non ego quoque tale obtineo bonum? Doceo, et vos discere oportet; legatione fungor, audite, et quæ facienda sint animadvertite; missus sum, observate. Si vero dicta non placent, dubitate, et in trutina ponderentur accurate solutiones et oppositiones; et ita sermo noster libere currat; vel, si quæ falsitatis suspicio spirituali numulo subjiciatur, unusquisque vestrum habet in spiritu Lydium lapidem, et per eum explorare potest, quanta puritas sit in hujusmodi cogitationibus. Et sic quidem bene

ριυβρίζεσθαι βαρύνομαι, μὴ κλέπτων κλέπτεσθαι, μὴ ἁρπάζων ἁρπάζεσθαι, μὴ συμποδίζων σφάλλεσθαι, μὴ παλαίων καταρριπτεῖσθαι. Οὐδὲν οὔτε ὑφαιροῦμαι, οὔτε ἀποσπῶ ἀλλότριον· ἀπαιτῶ οὖν μηδὲ ἄλλους τοιοῦτόν τι πλημμελεῖν μήτε ἐπί τισιν ἄλλοις, μήτε ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς. Ἐμὰ γάρ φημι, καὶ οὐδὲ ἐπισφαλῶς, ἃ μοι ἐνεχείρισεν ὁ Θεὸς εἰς προμήθειαν. Ἐλέγχω τοὺς ἁφαιρουμένους ἁρπάγδην τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ· ζητῶ καὶ αὐτὸς ἔλεγχον, ἐὰν καὶ ἐγὼ εἴς τι ὅμοιον ἠμωράνθην. Ὀργυλοφοῦμαι προφανῶς ὑπὸ πολλῶν· τίνος γοῦν τῶν ἁπάντων κληρουχία ἐπιβεβούλευται ὑπ' ἐμοῦ;

κθ'. Τά τε οὖν εἰρημένα ὁλοψύχως ἐθέλω καὶ μηδὲ συκοφαντεῖσθαι, μηδὲ διαβάλλεσθαι, ὅτι μηδὲ ἐγὼ τοιοῦτον ἐνεμαξάμην τραῦμα τῇ ἐμῇ ψυχῇ. Τραύματα γὰρ ἀκριβῶς ἀποφαίνομαι καὶ αὐτὸς ψυχικὰ τὰ ἐκ συκοφαντιῶν καὶ διαβολῶν, καὶ τραύματα οὐ τῶν πασχόντων, ἀλλὰ πολλῷ πρότερον τῶν ποιούντων. Οἱ μὲν γὰρ συκοφαντούμενοι καὶ διαβαλλόμενοι ἔχουσι στέφανον ἐκ Θεοῦ, τοῦ βραβευτοῦ τῶν κατ' ἀρετὴν ἀγώνων, εἴτε κατάσχετοι γένωνται, εἴτε καὶ διεκπετασθῶσι τῶν παγίδων τῆς κακώσεως· οἱ δέ γε τὴν διαβολὴν καὶ τὴν συκοφαντίαν ἐνεργηκότες, εἰ μὲν ἀπεστερημένοι τῶν στεφάνων ἀχρειοῦνται δι' αἰσχύνης, ὡς εἰ καὶ κατάχριστοι πίσσῃ ἐπάμπευσαν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν βαρὺ οὐδέν· ἐκεῖνο δὲ πάνυ ἀλγεινὸν καὶ ἀφόρητον εἰς ὀδύνην, ὅτι τραυματίζονται τὰ ἐντὸς, τὰ μὲν τῆς συνειδήσεως πληττούσης αὐτοὺς, τὰ δὲ σπαραττούσης τῆς καρδιώξεως, εἰ μηδὲν ἀπιτύλισαν φίλον αὐτοῖς. Καὶ ἔστι προσφυῶς ἐπὶ τῶν τοιούτων εἰπεῖν, ὡς περιετράπησαν αὐτοῖς αἱ κατὰ τῶν ἀνοσίων βολαὶ, καὶ αἱ ῥομφαῖαι αὐτῶν εἰσήλθοσαν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν· καὶ ἃ μὲν αὐτοὶ ἐπαφῆκαν, ὡς βέλη νηπίων ἐλογίσθησαν, καὶ τυχὸν οὐδὲ ἐπληξαν· ἃ δὲ ἡ δίκη κατ' αὐτῶν ἔστρεψεν, ἔσω καρδίας παρέκυψαν, καὶ τραύματα ἐνεβάθυναν.

λ'. Ἔτι ἐθέλω λαλῶν δίκαια μὴ ἐξουθενοῦσθαι, ἀλλ' εἰσακούεσθαι. Οὐ γάρ εἰμι ἐνταῦθα οὔτε χυδαῖος οὔτε τυχαῖος ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐξάρχω διδασκαλικῶς· καὶ μαθητείας ἐπίκουσι τόπον ὑπ' ἐμοὶ διδασκάλῳ οἱ ἐνταῦθα πολῖται. Θείου τοῦτο Πνεύματος δῶρον, τάξαντος κἀμὲ εἰς τοιοῦτον ἔργον, οὗ χάριν καὶ ἀπόστολος Θεοῦ λογίζομαι καὶ αὐτός. Ἀπόστολος δὲ, ὥσπερ καὶ πρέσβυς ἅπας, οὐ κρίνεται ἀνάξιος προσοχῆς, ἀλλὰ πρῶτα μὲν ἀκούουσιν αὐτοῦ οἱ συνειλεγμένοι κατ' ἐντυχίαν· εἶτα, ἐάν πρός τινι ὠφελείᾳ καὶ λυσιτελείᾳ διαγνῶσιν εἶναι τὰ λαλούμενα, ἀπακούουσι, καὶ πείθονται, καὶ ἐν εἰρήνῃ ἀποστέλλουσι τὸν λαλήσαντα. Τί οὖν μὴ καὶ ἐγὼ τοιούτου ἐπιτυγχάνω καλοῦ; Διδάσκω, καὶ χρὴ μανθάνειν ὑμᾶς· πρεσβεύω, ἀκούσατε, καὶ τὸ ποιητέον κυρώσατε· ἀπέσταλμαι, προσέχετε. Εἰ δὲ τὰ λαλούμενα οὐκ ἀρέσκει, ἀπορήσατε, καὶ ἐπὶ τρυτάνης ταλαντευθήτωσαν αἵ τε ἀντιθέσεις καὶ αἱ λύσεις πρὸς ἀκρίβειαν· καὶ οὕτω τὸ ἐν ἡμῖν λογάριον ἢ παῤῥησιαζέσθω· ἢ ἀλλ', εἴ τις ὑπόνοια κιβδηλεύσεως ἐπὶ τῷ πνευματικῷ ὑπέστι κίρματι, ἀλλ' ἕκαστος ὑμῶν ἔχει τὴν κατὰ πνεῦμα

Αυδίαν λίθον, καὶ δύναται δι' αὐτῆς βασανίζειν, A
ὅσον ἐν τοῖς τοιούτοις νοήμασιν ἀῤῥύπαρον. Καὶ
οὕτω μὲν ἐν καλῷ καταστήσεται τὰ τῆς εἴτε πρεσ-
βείας, εἴτε μαθητείας. Πρινὴ δὲ τοιοῦτόν τι γε-
νέσθαι, μάταιος ὄχλος ὁ ἀποδυσπετῶν εἴτε πρὸς
διδάσκαλον, εἴτε πρὸς ἄγγελον. Οὐκ ἀπεστάλην, ὦ
οὗτοι, κόλαξ ἐνταῦθα, ὡς προσφέρειν ἅπασι μαλ-
θακοὺς λόγους καὶ οἵους τέρπειν μόνον καὶ διαχέειν.
Τοῦτο γὰρ σκηνοδατεῖν ἐστι χορευτικῶς καὶ ὀρχη-
στικῶς· ἄλλως δὲ εἰπεῖν ὑψηλότερον, ἐχθραίνει τὸν
Θεὸν τῷ τοιούτῳ διδασκάλῳ. Κόλαξ μὲν γὰρ ἅπας
ψεύδεται, κοινὸν δὲ οὐδὲν ψεύδει τε καὶ Θεῷ· οὐκ-
οὖν ὥσπερ οὐδὲ ὁ ψευδὴς, οὕτως οὐδὲ ὁ κόλαξ φιλό-
θεός ἐστι.

λα'. Μέμνημαι καὶ αὐτὸς οὔ τι νέον γε, ἀλλ' ἐκ
μακρῶν χρόνων ἀθεΐας κολακικῆς, δημοσιευθείσης B
ἐν τῇ μεγίστῃ τῶν πόλεων, ὅτε τις ἐπίτριπτος κόλαξ
μυρία τολμήσας παράσημα, εἶτα καὶ εἰς Θεοῦ υἱὸν
ἐνέγραψε τὸν κολακευόμενον· ὁπηνίκα ὁ ἐκ τῆς
Ἀττίδος λαμπτὴρ, τοὺς πατριαρχικοὺς ἰθύνων οἴα-
κας, ἐπάμφαινεν ἄνδρα ἐκεῖνον, μέγαν μὲν καὶ
ἀξίᾳ καὶ γένει καὶ λόγῳ, εἴ τις οἶδε μαθὼν τὸν
πάλαι Ἱκανάτον, ὃς καὶ ἐνταῦθα προεκάθισε δου-
κικῶς, σμικρόνουν δὲ, οἷς θεοποιούμενος ἐπίστευε
καὶ συνετίθετο, ἄλλως δέ γε καὶ ἀναίσθητον, εἴπερ
κατατρωγόμενος κόλαξ, θηρίῳ ὑπούλῳ, οὐκ ἠσθά-
νετο.

λβ'. Γράφειν μεθοδεύει ὁ κόλαξ εἰς εὐεργέτην
τὸν ἅρπαγα, τὸν ἐκδικα ὁρῶντα εἰς εὐθυδίκην, τὸν
ὀρογλύφον προσθέτην γηδίου, τὸν τοκογλύφον με-
γαλόδωρον, τὸν ὑβριστὴν ἐπαινέτην. Τὰ ὅλα συν- C
ελεῖν εἰς ἕν, πρὸς ἀντονομασίαν ἔκτοπον ἕλκεται,
δι' ἧς ἀρετῶν ὀνόμασιν αἱ κακίαι σεμνύνοιντο ἂν·
οὗ τί ποτε ἂν εἴη χεῖρον, εἴγε ὑπάγονται καὶ οἱ
τοιοῦτοι τὸ « οὐαί; » ὁποίου κληρονομοῦσι καὶ οἱ
τὸ πικρὸν καὶ οἱ τὸ σκότος φαύλως ἀντονομάζοντες.
Ὦ πόσα καὶ οἷα καὶ ἡλίκα τὰ ἐκ τῶν κολάκων
δεινά! Φῦμα περὶ τὸν κολακευόμενον, καὶ ῥαγὲν
δδωδεν ἀποτρόπαιον· καὶ ὁ κόλαξ νάρδου πιστικῆς
ζέειν τὸ τραῦμά φησιν. Τὸν ἀδρανῆ, καὶ οἷον ἀνέμῳ
καταπνέοντα σκελίζεσθαι εἰς ἀνδρίαν ἐπαίρει· καὶ
ἔποχον ἵππῳ ἀναπείσας γενέσθαι, εἶτα καταπεσόντα
οὐ μέμφεται, ἀλλὰ τὴν ἐφεστρίδα αἰτιᾶται τοῦ πτώ-
ματος. Κἂν τραῦμα ἐκεῖθεν πάθοι τὸ σῶμα, τὸν
χιτῶνα ψέγει, ὡς οἷα τραχὺν, καὶ οὕτω τὴν σάρκα D
τρίψαντα· κἂν ἀπορῥυῇ αἷμα, τάσιν μέλους εἰς
μέμψιν προβάλλεται, δι' ἧς φλεβίου ῥαγέντος αἷμα
ἐξέκυψεν. Ἐξ ἀνθρώπων ὁ κόλαξ γινόμενος, οὐκ
εἰς ἀγαθόν τι ζῶον, ἀλλ' εἰς κόρακα μεταπλάττεται.
Ἢ γὰρ οὐ ταυτόν τι τὰ ἐς κακίαν, κόλακα καὶ
κόρακα εἰπεῖν, κατὰ τὸν ὀρθῶς πάλαι ποτὲ σκηψά-
μενον, καὶ ὀρθῷ τραυλισμῷ τὸν κόλακα φωνῇ κό-
ρακος ὑποκορισάμενον; Πολλὴ τις αἰσχύνη ῥύπον
μὲν ἐπὶ προσώπου φανέντα ὕδατι ἀποπλύνειν, μὴ
πως ὁ φυσικὸς ἀχρειωθείη χαρακτὴρ τοῦ εἴδους·
κόλακος δὲ ἀνέχεσθαι, ῥυπαρῶς παραζωγραφοῦντος
οὐ μόνον τὸν ἔξω ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐντός.
Μὴ γὰρ οὐκ ἀπόλλυσιν ὁ κόλαξ καὶ ψυχὴν αὐτὴν,
χρώματα τρίβων ἐκφυλα, οἷς χριομένοις ὑπογρα-

constabunt quæ legationis et quæ discipulatus
sunt. Priusquam autem tale quid fiat, vulgus vane
sive in magistrum, sive in missum invehitur.
Non huc, credite mihi, missus sum adulator, ut
omnibus molles proferrem sermones, ad mulcen-
dum et dissolvendum tantummodo idoneos. Hoc
enim est choreutarum ac orchistarum proprium;
cæterum vero, ut loquar excelsius, Deum hoc tali
magistro reddit inimicum. Adulator enim omnis
mentitur, et nihil Deo cum mendacio commune
est, itaque, quemadmodum neque mendax, sic neque
adulator amicus Deo est.

31. Ipse memini non a recenti, sed a longis tem-
poribus impietatis adulatoriæ, in urbium maxima
propalatæ, cum aliquis vafer adulator, postquam
mille fuerat ausus extranea, postremum etiam in
Dei filium inscripsit adulatum, tunc cum illa fax
ex Attica, patriarchica dirigens gubernacula, splen-
descere fecit illum hominem, magnum quidem
dignitate, genere et sermone, si quis antiquum
audivit Hicanatum, qui huicce ducatui præfuit, pu-
sillanimem autem, quod deificatus adhibebat fidem
adulantibus et assentiebatur, aliunde vero stolidum, siquidem ab adulatore, subdola fera, se vo-
ratum non sentiebat.

32. Erigere solet adulator in beneficum, rapto-
rem, in justum, qui facit iniqua, in adjunctorem
agri, qui transgreditur terminos, in generosum,
fœneratorem, in laudatorem, qui loquitur injurias.
Ut in unum concta colligam, in antonomasiam ad-
ducitur insitatam, qua virtutum nominibus pravi-
tates honorandæ forent. Quo pejus quid forsitan
esset, si quidem et subjacent qui tales sunt, illi
væ? cujus etiam partem obtinent qui quod amaru-
rum et tenebrosum est antonomastice et falso
vocant. Oh! quot et qualia quantaque mala veniunt
ex adulatoribus! Vomica super adulatum est et
disrupta graviter fœtet, et adulator pisticam nardum
vulnus olere dicit. Eum qui debilis est et talis ut
contra ventum spirantem supplantetur, in audaciam
extollit; et postquam equo firmum insessurum
esse suasit, lapsum non redarguit, sed chlamydem
de casu causatur. Et ubi vulnus exinde passum
fuerit corpus, tunicam arguit, utpote hirsutam, et
sic carnem conterentem; et si sanguis effluxerit,
tensionem membri vocat in reprehensionem, tan-
quam per illam rupta vena cruor effusus sit. Ex
hominibus adulator natus, non in quoddam bonum
animal, sed in corvum transformatur. Nonne
enim pariter malitiosum est colacem (adulato-
rem) et coracem dicere, quatenus aliquis olim
forte recte fingens et recte balbuticus e voce
coracis blandicula sonnerit? Magnum quoddam
opprobrium est, maculam in vultu apparen-
tem abluere aqua, ne physica vultus forma de-
leatur, adulatorem vero sustinere, qui non solum
hominem exteriorem, sed etiam interiorem sordide

cepingit. Nonne enim perdit adulator et ipsam animam, extraneos conterens colores, quibus adhibitis deletur hominis pulchritudo? Qui cum adulatione loquitur, dæmoni subministrat, qui et ipse peccata adulationibus demulcens ornamentis decorat, et tanquam ad virtutum pulchritudinem, bona inscribens nomina, similitudinem habere simulat.

φόμενος; ἀχρειοῦται ὁ καλὸς ἄνθρωπος; Ὁ πρὸς κολακείαν λαλῶν δαίμονι ἐξυπηρετεῖται, ὃς καὶ αὐτὸς θωπείαις ὑποσαίνων ἁμαρτάδας ἐπαλείφει κομμωτικῶς, καὶ ὡς εἰς εὐμορφίαν ἀρετῶν ἐξωραΐζειν ὑποκρίνεται, ἀγαθὰ ἐπιγράφων ὀνόματα.

33. Ne me ergo unquam ista capiat cogitatio, ut magistrum ignobiliter aduler, et decipiam et fallam. Fidelis mihi testis est Deus, quod ex illis, quibuscum semper conversor, amicum invenio, non adulantem, sed reprehendere scientem. Et talem diligo, et in hoc « sapiens sum, » juxta testimonium sapientissimi parœmiastæ. Et tu igitur, quisque mihi dilectorum, bonum ex te fac, et fac istud primum. Fac autem etiam ex aliis bonum, ut convenient, suppositum, et ne fugiens reprehensionem, quam amat homo sapiens, adulationem accipere velis et sic deformari.

λγ'. Μὴ ἐμὲ γοῦν οὗτος λάθοι λογισμός ποτε, ὡς ἀγεννῶς κολακεύειν καὶ ἀπατᾷν καὶ ψεύδεσθαι τὸν διδάσκαλον. Πιστός μοι μάρτυς ὁ Θεός, ἐφ' οἷς ἀεὶ πραγματεύομαι, φίλον εὑρίσκειν οὐκ εἰδότα κολακεύειν, ἀλλ' ἐξελέγχειν. Καὶ ἀγαπῶ τὸν τοιοῦτον, καὶ « τοῦτό γέ εἰμι σοφὸς, » καθὰ γνωματεύει καὶ ὁ πάνσοφος παροιμιαστής. Οὐκοῦν καὶ σὺ ἕκαστος τῶν ἐμοὶ φίλων, ποίει τὸ καλὸν οἰκοθεν· τοῦτο δὴ τὸ πρῶτον. Ποίει δὲ καὶ τὸ ἑτέρωθεν, ὑποτιθὲν ὡς εἰκός· καὶ μὴ, φεύγων τὸν ἔλεγχον, ὃν ἀγαπᾷ ὁ σοφὸς ἀνὴρ, θέλε κολακεύεσθαι, καὶ οὕτω παραγράφεσθαι.

34. Verum quoniam, ut dixi, non ad adulandum missus sum, restat, ut ego sim rectitudinis vindicatio. Hujusmodi autem viri officium est dicere verum ad accidentia, quæ varia sunt et innumerabilia, quorumque pater est longum tempus, artificiosa gignens et negotia et cogitata; quibus qui ad enumerationem immoratus est, astra ipsamque arenam numerare posse de cætero confidat. Et ita quidem plerumque puram absque reticentia, qualis est, ipsam administrat veritatem omnis homo, sed præsertim qui eruditus est, magis autem qui institutus est in sacerdotio, maxime vero qui secundum præeminentiam est archisacerdos. Occurrente vero quodam eventu, qui talis est de enjusdam boni gratificatione auditorem vel singularem vel populum laudabit. Et hoc non est adulatio. Multum enim adulari spiritaliterque laudare inter se discrepant, tantumque, quantum veritas a mendacio, studiumque acre a lusu differt. In veritate quippe manet spiritalis laudator, qui vero laudat in adulatione, prævaricatur. Laus autem, quam nunc expono, sermo est ad benedictionem eorum qui juxta virtutem vivunt; et iste vel brevis vel gravis est, secundum magistri judicium, quemadmodum iterum reprehensio sermo est hujusmodi laudi oppositus, eum qui virtutem non colit vituperans. Ad quem ipsum etiam opportune recurrendum est ab eo qui spiritu docet, enitens, hinc quidem melle cæterisque suavitatibus pium sanctumque suscitare desiderium, illinc autem medicinalibus amaris ac reliquis acerbitatibus quod morbosum est ad sanitatem reducere. Quorum priori dicta laus proportionaliter infunditur, posterioribus autem reprehensio.

λδ'. Ἀλλ' ἐπειδὴ, ὅπερ ἐφάμην, οὐκ ἀπέσταλμαι κολακεύειν, λείπεται δὴ ὀρθότητος εἶναί με ἔλεγχον. Ἀνδρὸς δὲ τοιούτου ἔργον ἀληθίζεσθαι πρὸς τὰ παραπίπτοντα, ποικίλα ὄντα καὶ ἀδιεξίτητα, ὧν πατὴρ ὁ μακρὸς χρόνος, δαίδαλα φύων καὶ πράγματα καὶ νοήματα· οἷς ὁ ἐνδιατρίψας εἰς ἀπαρίθμησιν θαρρείτω τοῦ λοιποῦ καὶ ἀστέρας ἔχειν μετρεῖν καὶ ἄμμον αὐτήν. Καὶ οὕτω μὲν ὡς ἐπὶ πλεῖστον φιλὴν ἀνυποστόλως αὐτὴν καθ' αὐτὴν διαχειρίσεται τὴν ἀλήθειαν καὶ πᾶς μὲν ἄνθρωπος, μᾶλλον δὲ ὁ πεπαιδευμένος, ἐπὶ ἔτι δὲ πλέον ὁ ἐν ἱερωσύνῃ, μάλιστα δὲ καθ' ὑπεροχὴν ὁ ἀρχιερεύς. Περιπετείας δέ τινος ἐπιγενομένης, καὶ ἐπαινέσεται ἀκροατὴν ἢ ἄνθρωπον ἢ δῆμον ὁ τοιοῦτος διὰ καλοῦ τινος ἐπίδοσιν· καὶ ἔστιν αὐτὸ οὐ κολακεία. Πλεῖστη γὰρ ὅση διαφορὰ τοῦ κολακεύειν καὶ τοῦ πνευματικῶς ἐπαινεῖν, τοσαύτη, ὅση καὶ ἀληθείας πρὸς ψεῦδος, καὶ σπουδῆς πρὸς παίγνιον. Ἀληθεύει μὲν γὰρ ὁ πνευματικὸς ἐπαινέτης, παρεργάζεται δὲ ὁ κατὰ κολακείαν. Ἔστι δὲ ὁ ἔπαινος, ὃν ἐγὼ ἄρτι ἐκτίθεμαι, λόγος εὐλογητικὸς τῶν κατ' ἀρετὴν ζώντων. Καὶ αὐτὸς ἢ ἐν στενολεσχίᾳ, ἢ ἀποτάδην, ὡς ὁ διδάσκαλος διακρινεῖ· ὥσπερ αὖ πάλιν ψόγος ὁ τῷ τοιούτῳ ἐπαίνῳ ἀντίθετος λόγος, δυσχημόνων τὸν μὴ ἀρετῶντα. Οὗ καὶ αὐτοῦ στοχαστέον ἐν καιρῷ τὸν κατὰ πνεῦμα διδάσκοντα, πραγματευόμενον, πῇ μὲν μέλιτι καὶ λοιποῖς ἡδύσμασιν ἀνακτᾶσθαι τὴν θεοφιλῆ ὄρεξιν, πῇ δὲ πικράσμασιν ἰατρευτικοῖς καὶ λοιπαῖς ὀριμύτησιν ἐπανάγειν τὸ κακεκτοῦν εἰς ὑγίειαν· ὧν τῷ μὲν πρώτῳ ἀνάλογον διεκπίπτει ὁ ῥηθεὶς ἔπαινος, ψόγος δὲ τοῖς δευτέροις.

35. His præmissis, jam plane intellexi mihi non esse licitum adulari vos qui mei estis, quibus inservire, quos ad bonum componere, quos in veritatem inducere volo. Vereor enim, ne, blandiens in docendo sicque mentiens, contra Deum pugnem. Etenim aliquando blandiar; sed cum ad aliquem

λε'. Τούτων προεκτεθειμένων, ἔχω συναγαγὼν ἤδη ἐντελῶς, ὡς οὐκ ἔξεστί μοι κολακεύειν ὑμᾶς τοὺς ἐμοὺς, οὓς ὠφελεῖν ἐθέλω, οὓς εἰς ἀγαθὸν καταρτίζειν, οὓς ἐνάγειν πρὸς ἀλήθειαν. Δέδοικα γὰρ, μὴ καὶ θεομαχῶ, κολακεύων ἐν τῷ διδάσκειν, καὶ οὕτω ψευδόμενος. Κολακεύσω μὲν γάρ ποτε· ἀλλ'

ὁτε ποππύζω πρός τινα, ὡσεὶ καὶ ἵππον ἀγριούμενον, ἢ καὶ καταψῶ θηρίον ἀτίθασσον· οἷς προσθετέον καὶ ἀφύκτους ἐχθροὺς, εἴ ποθεν κατασκήψαιεν. Καὶ μὴν ἐγὼ (ἦν ποτε καιρὸς ἐκεῖνος ἀπευκταῖος, ὁ κατὰ τὴν αἰχμαλωσίαν) καὶ ὠκνουν κολακεύειν, καὶ ὁ Θεὸς ἵστατο παρ' ἐμοὶ καὶ διὰ τοῦτο· εὐδοκίμουν γὰρ τάληθῆ λέγων εὐμεθόδως. Εἰ δέ ποτε καὶ χολήν τινα τοῖς δεσπόταις ἐκείνοις ὑπεκίνουν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς ταχὺ τὸ πῦρ ἐσβέννυτο, τῇ ἄνωθεν δρόσῳ μαραινόμενον.

A sibilo, tanquam ad equum agrestem, vel feram indomitam demulceo; quibus adjungendi sunt ineluctabiles inimici, si alicunde irruant. Et certe ego, — erat olim tempus illud captivitatis abominandum, — adulari quondam nolebam, et idcirco mihi Deus aderat: amabar enim plana via vera loquens. Si quando vero bilem dominatoribus illis moverem, ecce brevi iquis, rore desuper infuso exstinguebatur.

λς'. Ἔτι προσεπιζητῶ, καὶ σοφοὺς εἶναι καὶ ἐμὲ καὶ ὑμᾶς. Ἐσόμεθα δὲ τοιοῦτοι οὐ πόνῳ πολλῷ, οὐ βιβλίων ἐπελεύσεσιν, ἐφ' οἷς ὀφθαλμοὶ κάμνουσιν, οὐ διδασκάλων αὐστηρίαις, ὧν αἱ χεῖρες ἀλγεινοὺς ἐντρίβουσι μώλωπας, οὐχ ὕπνου ἀργίαις, δι' ὧν καὶ αὐτῶν πολὺ τὸ σῖνος τοῖς ἀγρυπνοῦσιν, οὐ ποδῶν καμάτοις ἐξ ὁδοιπορίων, οὐ δαπάναις ταῖς τε ἄλλαις καὶ ὅσαις ἐκθεραπεύονται λίχνοι διδάσκαλοι, οὐκ ἄλλοις τούτοις, ὧν μυρίων ἡ κατὰ σοφίαν ἐφίεται ἀγωγή. Ἀλλὰ χρὴ μόνον ἐθελῆσαι καὶ ἐπινεῦσαι ἡμᾶς, καὶ αὐτίκα σεσοφίσμεθα ἐντελῶς.

36. Et adhuc me et vos esse sapientes præsumo. Tales autem erimus non multo labore, non librorum accessione, super quibus fatigantur oculi, non magistrorum austeritate, quorum manus molestas vibices imprimunt, non insomniis, per B quæ multum damnorum affertur vigilantibus, non pedum ex itineribus ærumnis, non expensis istiusmodi quibus cupidis magistris deserviunt, non aliis mille talibus, quæ secundum sapientiam educatio attingit; sed solummodo nos velle et assentiri oportet, et statim omnem sapientiam acquisiverimus.

λζ'. Σοφίζει δὲ οὕτως ἡμᾶς ἀγαπώμενος ὁ ἔλεγχος. « Ἔλεγχε γὰρ, » φησὶ, « σοφὸν, καὶ ἀγαπήσει σε, » ἀφορμὴν ἐντεῦθεν λαβὼν τοῦ καὶ σοφώτερος εἶναι. Ὦ διδάσκαλος οὗτος εὐπόριστος, ὦ σαφὴς, ὦ γοργὸς, ὦ δώροις ἀνάλωτος, ὦ καὶ διδάσκων ἅμα καὶ ἰατρεύων, τὸ μὲν, οἷς μεθοδεύει τὰ σωτήρια, τὸ δ', ὅτι τῆς ψυχικῆς ἀκχεξίας ἀποκενοῖ· ὦ καὶ πρὸς χάος ἄβυσσον κατάγων καὶ πρὸς οὐρανὸν ὑψῶν ὁ C αὐτὸς, τὸ πρῶτον, οἷς ταπεινοποιεῖ ἐκ μεταμέλου, τὸ δεύτερον, οἷς ἀνάγει τῇ ἐκ μετανοίας καθάρσει πρὸς τὸν ὕψιστον Κύριον. Εἰ δέ τις ἁμαρτάνων τὸν φοιοῦτον ἔλεγχον σκορακίζειν ἑαυτοῦ πειρᾶται, ὁ τοιοῦτος φριξάτω, εὐλαβούμενος, μή ποτε καὶ αὐτὸς αἰτιαθείη δεινῶς, ὡς τοὺς δικαίους ἐλέγχους μώλωπας ἑαυτῷ ἡγούμενος.

37. Reddit autem ita nos sapientes desiderata reprehensio. « Reprehende enim, inquit, sapientem, et amabit te, » occasionem inde sumens ut sapientior fiat. O magister ille aditu facilis! quam manifestus, quam ardens, quam donis inaccessibilis! Una docet et sanat, istud quidem eo quod salutaria præscribit, hoc autem eo quod morbo spirituli purgat! Idem in profundam abyssum demittit, et in cœlum extollit, illud, quod ex pœnitentia humiliat, hoc, quod puritate ex pœnitentia ad altissimum Dominum elevat! Si quis vero deliquens, hujusmodi reprehensionem a se projicere tentat, talis contremiscat, veritus, ne aliquando et ipse in causa tremenda constituatur, tanquam justas reprehensiones sibi vibices æstimans.

λη'. Ὦ ἁμαρτωλὸς ἐγὼ, καὶ εἴ τις ἕτερος κατ' ἐμέ. Τί δήποτε κεκαυτηριασμένοι τὴν συνείδησιν, οἷς οἴδαμεν ἁμαρτάνοντες, τὸν ἐκ τοῦ λόγου καυτῆρα δυσωπούμεθα; Ἐπαινῶ κακέκτας ἐκείνους, οἳ καὶ νοσεῖν αἰσθάνονται, καὶ ἀνέχονται καιόμενοι πρὸς ὑγίειαν. Ὁ στραβίζων ἐμφανῶς, ἐὰν ἀκούσῃ, εὐωπὸς εἶναι, γελᾶσθαι κρίνει, καὶ τὸν ἐπαινεῖν δοκοῦντα μέμφεται. Οὕτω δὲ καὶ ὁ κυλλοποδίων, εἴπερ ὀρθὰ D βαδίζειν λέγοιτο. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κατὰ σῶμα πηρώσεων. Ἡμεῖς δὲ, ὧν πρῶτος ἐγὼ, ἁμαρτίαις ἐζοφωμένοι, καὶ μανθάνοντες, ὡς εἶναι καὶ ἡλιῶδες ἀπαστράπτειν, διατί οὐ νοοῦμεν, ὅτι γελώμεθα; Ἐθέλομεν δὲ συνεχῶς αὐτὸ ἀκούειν εἰς ἔπαινον. Εἰ δὲ ὁ παραβλὼψ καὶ χωλὸς, καὶ ὅσοις ἄλλοις ἡ κατὰ σῶμα ἡμάρτηται πλάσις, θυμὸν ἀναλαμβάνουσιν, ὅτε ποτὲ σκώπτονται, καί τις οἴεται διὰ ταῦτα, καὶ τὸν ἐλεγχόμενον καὶ οὕτω χολούμενον δεόντως ἀγανακτεῖν, ὡς οἷα περιυβριζόμενον, γινωσκέτω οὐ καλῶς οἰόμενος. Οὐ γὰρ ταὐτὸν σκώπτεσθαι καὶ ἐλέγχεσθαι. Τὸ μὲν γὰρ σκῶμμα παίζει κυριολεκτούμενον, ὁ δὲ ἔλεγχος σπουδάζει καὶ διορθοῖ.

38. O peccator ego, peccatoresque si forte sint mihi similes, cur tandem conscientia cauteriati, qui nos esse peccatores scimus, cauterium ex sermonibus ægre ferimus? Morbo laborantes istos laudo, qui se sentiunt ægrotare combustionemque sustinent ad sanitatem. Qui manifeste strabus est, si quod bene sit oculis audiat, irrideri se judicat, et eum qui laudare videtur arguit. Sic porro etiam claudus, si recte dicatur incedere. Idem vero est quoque de cæteris corporis defectibus. Nos autem, quorum ego primus, peccatis obcæcati, cum audimus esse lumen et sicut sol fulgere, quare nos irrideri non putamus? Sed perpetuo laudationem audire volumus. Si vero strabus et claudus, et quicunque tali corporis deformatione laborat, ira moventur, cum cavillationem audiunt, et ideo quis putat eum qui reprehenditur, cum sic irascitur, merito indignari tanquam injuriam passum, multum errat. Non enim idem cavillationem subire et reprehendi: cavillatio enim proprie per ludum agit, reprehensio vero serio agit et corrigit.

λθ'. Οὐ τοίνυν οὐδὲ ἡμεῖς διδασκαλικῶς ἐλέγχον-

39. Nec igitur nos, cum docendo reprehendimus

non probrose, neque injuriose, sed ad lapsus correctionem relevationemque casus, vel cavillatione capimur vel exprobramus. At vero sicut qui devios a recta via reducunt ad illam, et impugnantes erronem, et viam directissimam illico ostendentes, non invehuntur, nec injuriose agunt, nec convitiantur; sic neque qui reprehendunt in exhortando, molestum quid faciunt, sed opus Deo gratum perficiunt, dum in rectis legibus et in canonum rectitudine firmant eos qui ab illis declinaverunt.

40. Ad quid mihi ista? Idcirco ut nos omnes moneam invicem reprehendere, et ab invicem spiritualiter et fraterne reprehendi, et ita non cæcos ambulare in vita, sed diligenter illud quod secundum Deum est, iter implere, sicque sapientes evadere juxta istud: « Dominus illuminat cæcos »; » qui sane velut in tenebris, in hac vita conversantes, a Deo recte diriguntur, et itinera perficiunt ad splendidam luminum facem, quorum excellentia sunt ellychnia spiritalium reprehensionum disciplinæ.

41. Insuper et ad virilem nobilitatem exhortor qui mecum sunt cives, et induco recordationem, ut dimittantur illæ imperitiæ ac importunæ minæ, hic dentium intempestivus stridor, hi in vanum linguæ ardores, in mente proverbio habito quod « virorum est agere, mulierum autem loqui. »

42. Ego igitur extabui, sic frequenter exterritus minis, iisque in me maximis, fratres. O vos, unus, duo, tres, plures, qui nimis ad iram ferventes, ad charitatem frigetis et ad dilectionem forte mortui estis, sinite me brevi vivere tempore, quo victurus sum, vel citius tollite me de vita. Dimittite calcaneo mihi insidiari, scientes, præcipuum esse ad interitum inhærere cordi, visceraque dilacerare et lambere cruorem. Cogitate, quod sex et decem anni jam sunt, quibus adversum nos dentes acuitis. Usquequo sic laborantes sustinebitis? Ecce, post judicem maximum, cœlestem dico, maximus in his qui sunt super terram: in causam ad illum adducendus est malus archisacerdos ille, qui vos excoriat, qui lædit, qui injuriatur, qui rapit, qui quodcunque malum facit. Et ille magnum scandali lapidem auferet, et vos ita recte gradiemini. Esto quædam et ex vobis gratia, quod ex Romanorum terra per vos deleatur omnium auctor malorum Eustathius. Denuntiate me, dissimulatum malum; revelate me, pernicieni non omnibus manifestam. Invenietis gratiam apud Deum et homines, ex hoc sacro loco, illum quem vos indicatis maledictum, auferentes. Non vos omnes, fratres, pudore afficiens hæc dico. Perfecte quippe novi, sicut numerabiles inimicos, sic etiam cæteros qui Deum, qui Ecclesiam, qui sacerdotes amant, uno verbo, qui in Deo fratres diligunt;

[37] Psal. CXLV, 8.

τες, καὶ μήτε ὀνειδιστικῶς, μηδὲ πρὸς ὄβριν, ἀλλὰ πρὸς διόρθωσιν σφάλματος καὶ ἀνέγερσιν πτώματος, ἢ ἁλισκόμεθα σκώμματος, ἢ ὀνειδίζομεν. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ τοὺς ἐκτραπέντας τῆς ὁρθῆς ὁδοῦ ἐπανάγοντες εἰς αὐτὴν, καὶ διδάσκοντες τὴν ἁπλάνησιν, καὶ τὴν σκοπιμωτάτην ἐνστατικῶς ὑποδεικνύοντες, οὐκ ἐπιτίθενται, οὐδ' ἀτιμάζουσιν, οὐδὲ ὀνειδίζουσιν· οὕτως οὐδὲ οἱ ἐξελέγχοντες πρὸς παραίνεσιν, λυπηρόν τι ποιοῦσιν, ἀλλὰ Θεῷ ἀρέσκον ἔργον ἀποτελοῦσι, νόμοις ὀρθοῖς καὶ κανόνων εὐθύτησιν ἐμβιβάζοντες τοὺς ἐξ αὐτῶν παροιστρήσαντας.

μ'. Πρὸς τί μοι ἀποτέλεσμα ταῦτα; Εἰς τὸ πάντας ἡμᾶς χρῆναι ἀλλήλους ἐλέγχειν, καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἐλέγχεσθαι πνευματικῶς καὶ ἀδελφικῶς, καὶ οὕτω μὴ τυφλοὺς περιπατεῖν ἐν βίῳ, ἀλλ' ἐξακριβοῦσθαι τὰ κατὰ Θεὸν διαβήματα, καὶ οὕτω σοφοὺς ἀπεκβαίνειν κατὰ τό· « Κύριος σοφοῖ τυφλούς· » οἱ δηλαδὴ ὡς ἐν σκότῳ, τῷ βίῳ τούτῳ, ἀναστρεφόμενοι, ὀρθὰ ποδηγετοῦνται θεόθεν, καὶ ὑπὸ φώτων λαμπροτάτων ἐξανύουσι τὰς πορείας, ὧν θρυαλλίδες εὐγενεῖς καὶ αἱ κατὰ τοὺς πνευματικοὺς ἐλέγχους διδασκαλίαι.

μα'. Ἐπὶ δὴ τούτοις προκαλοῦμαι εἰς ἀνδρικὴν εὐγένειαν τοὺς σὺν ἐμοὶ πολίτας, καὶ εἰσάγω μνήμην ἀφίεσθαι τῶν καὶ ἀπείρων καὶ ἀκαίρων ἀπειλῶν, τοῦ παρὰ ὥραν βρυγμοῦ τῶν ὀδόντων, τῶν ἐν κενοῖς γλωσσαλγιῶν, ἐνθυμουμένους τὸ περιφόμενον, ὡς « ἀνδρῶν μὲν τὸ ποιεῖν, γυναικῶν δὲ τὸ λαλεῖν. »

μβ'. Ἐγὼ οὖν ἐκτέτηκα, οὕτω συχνὰ καταβροντώμενος ἀπειλαῖς, καὶ ταῦτα ταῖς ἐμοὶ μεγίσταις, ἀδελφοί. Ὦ εἷς, οἱ δύο, οἱ τρεῖς, οἱ τούτων πλείους, οἱ παρὰ τὸ δέον θερμοὶ εἰς ὀργὴν, οἱ τὰ μέντοι εἰς ἀγάπην ψυχροὶ, τὰ δὲ εἰς φιλίαν μήποτε καὶ νεκροί· ἄφετέ με ζῆν τὸν βραχὺν χρόνον, ὃν βιώσομαι, ἢ ἀλλὰ τάχιον ἀπαγάγετέ με τοῦ βίου. Ἄφετε τηρεῖν μοι τὴν πτέρναν, εἰδότες καίριον εἶναι εἰς ὀλεθρον ἐμφῦναι τῇ καρδίᾳ καὶ σπαράξαι σπλάγχνα, καὶ λάπτειν αἷματος. Λάβετε κατὰ νοῦν, ὅτι ἐξ ἤδη που καὶ δέκα ἐνιαυτοὶ, ἐν οἷς καθ' ἡμῶν ἀκονῶντες ὀδόντας ὀξύνετε. Μέχρι τίνος ἀνέξεσθε οὕτω κάμνοντες; Ἰδοὺ ὁ μετὰ τὸν μέγιστον δικαστὴν, τὸν οὐράνιον, μέγιστος ἐν τοῖς ἐπὶ γῆς ἀκτέον παρ' ἐκείνῳ τὸν κακὸν ἀρχιερέα, τὸν σκύλλοντα ὑμᾶς, τὸν βλάπτοντα, τὸν ἀδικοῦντα, τὸν ἁρπάζοντα, τὸν ἅπαν κακὸν ποιοῦντα. Καὶ ἐκεῖνος ἐξαιρήσεται τὸ μέγα πρόσκομμα, καὶ ὑμεῖς ὀρθὰ οὕτω βαδίσετε. Ἔστω τις χάρις καὶ ἐξ ὑμῶν, ὅτι τῆς Ῥωμαΐδος ὑμῶν ἀπαλιφήσεται ὁ πάντων κακῶν αἴτιος Εὐστάθιος. Ἐκφήνατέ με, τὸ ὑπουλὲν κακόν· ἀνακαλύψατέ με, τὸν οὐ πασιδήλον ὀλεθρον. Εὑρήσετε χάριν παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ἀπαγάγοντες τοιοῦδε τόπου ἀγίου τὸν ὡς ὑμεῖς κρίνετε ἐναγῆ. Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς ἅπαντας, ὦ ἀδελφοὶ, ταῦτα λέγω. Ἠκριβωκὼς γὰρ ἔχω, καθὰ τοὺς μετρητοὺς φιλέχθρους, οὕτω καὶ τοὺς λοιποὺς φιλοθέους, τοὺς φιλεκκλησίους, τοὺς φιλαρχιερεῖς, τὸ κὰν εἰπεῖν, τοὺς ἐν Θεῷ φιλαδέλ-

φους· οὓς καὶ δυσωπῶ ἐπεύχεσθαι τῇ πόλει ταύτῃ τὰ βελτίονα, ἵνα μὴ καὶ ἐνταῦθα κακῶν ἀνδρῶν ὀλιγίστων οὐκ εἰς ἀγαθὸν ἀπολαύσωσι τὰ ἡμέτερα. Θεὲ, πανάγιε βασιλεῦ, καὶ βασιλεῦ ἔνθεε· ἐπιβλέψατε ἐφ' ἡμᾶς, καὶ κατασειομένους στερεώσατε, ἵνα ἢ ἐν ἀσφαλεῖ στησώμεθα προφαινόμενοι, ἢ ἀλλὰ καταπεσόντες κεισόμεθα εἰς ἀνίγερτον. Δυοῖν γὰρ θάτερον, ἢ καλῶς ζῆν, ἢ τεθνάναι καλῶς, ἐφιέμεθα καὶ ἡμεῖς, ὡς ἄνθρωποι καὶ ἐμπαθεῖς καὶ περιπαθεῖς. Ταῦτα εἰπὼν, οἷς οὐκ ἂν εἴποι τις μὴ καὶ διδασκαλίαν πυκνὴν παρενεσπάρθαι, ἧς ἕνεκεν ὀφειλετικῶς ἐνταῦθα συνηνέχθημεν, σιγήσομαι τοῦ λοιποῦ, ἕως ἂν ἐξ ὑμῶν μάθοιμι ἀποφαντικῶς, ὅποι τῶν ἠρωτημένων τόπων κατατάξετε ἡμᾶς, τοὺς ἴσως μὲν χρείους, καθά τις ἔφη σοφὸς, ἴσως δὲ ἀχρείους. Τότε δὲ ἀκούσαντες; λαλήσομεν ἢ πεφεισμένως, ἢ ἀφειδέστερον.

(1) Hæc oratio eadem est cum illa quam Fabricius memorat hoc titulo : *Oratio ad Manuelem Comnenum imp.* Jam videamus de *tempore* quo habita fuit. Primo in diem inquiramus. Eustathius noster hanc homiliam sacram peroravit Cpoli coram Manuele imperatore, cum brevi ante Myrorum metropolita designatus esset, die S. Nicolai Myroblytæ, Myris admodum culti (Mich. Lequ. *Or. Chr.* vol. I, p. 967). De hoc die ipse Eustathius agit cap. 20 — 22 hujus orationis. Est autem VI Dec., coll. C Manuele Comneno imperatore in novella de feriis (Leunc. Jus Gr. Rom. lib. II, pag. 162). Jam videamus de anno. Is quoque ex hac oratione satis exputabitur; scilicet capite 9 Anconæ obsidionem Venetam Noster memorat. Ea autem in annum 1174 incidit, coll. Wilkenio in libro : *Rerum ab Alexio... gestarum*, etc., pag. 611 — 615. Manuelis victoriam Venetam Eustathius peculiari tum panegyrico prædicaverat (cap. 10). Ergo VI Decembris dies erit anni 1174 vel 1175 (alias Manuelis victorias post Venetam reportatas Eustathius non memorat). Eustathium brevi post Myrensem designationem in thronum Thessalonicensem translatum esse, Demetrii Chomateni locus docet : factum hoc puto initio anni 1175 vel 1176, coll. iis quæ modo exposui. — *Consilium* orationis magis in obscuro est. Plus semel agit de sacro unguento et aqua Jordanis (aqua baptismatis), quod utrumque in baptismate jungit Ecclesiæ orientalis ritus sacer D (Goari *Rituale Græcorum*, p. 353, 354). Num igitur Eustathiana oratio baptismati alicujus parvuli nobilioris prælusit, an officio sacri unguenti, cujus formulas habes apud eumdem Goarum l. c. p. 628 sqq.? Eustathii in thronum Myrensis metropoleos evectio ante hujus orationis editionem e solo Demetrio Chomateno nota erat, cujus verba e Leunclavii *Jure Græco Romano* lib. v, p. 347, apponam : Ἐρώτησις. Εἰ δεῖ τὸν ψηφισθέντα καὶ καταδεξάμενον καὶ ἀσπασάμενον μετατεθῆναι εἰς ἑτέραν ἐπισκοπήν; Ἀπόκρισις. Τοῦτο κανονικὸν μὲν οὐκ ἔστιν, οὔτε μὴν τῆς ἐγγράφου ἢ ἀγράφου ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως· γίνεται δὲ πολλάκις, βασιλέως κελεύοντος, διά τινα οἰκονομίαν λυσιτελοῦσαν κοινῇ. Καὶ γέγονε τοῦτο ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ καὶ πορφυρογεννήτου Κομνηνοῦ. Τοῦ γὰρ σοφωτάτου ἐκείνου Εὐσταθίου, τοῦ κατὰ Φλῶρον διακόνου ὄντος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ μαΐστορος τῶν ῥητόρων, εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τῶν Αὐκίων Μυρέων (sic) ψηφισθέντος, καὶ καταδεξαμένου καὶ ἀσπασαμένου, καὶ ἤδη καὶ πρὸς τὴν χειροτονίαν ἑτοιμασθέντος, πρόσταγμα τοῦ μακαρίτου βασιλέως ἐκείνου πρὸς τὴν σύνοδον καταπεφοίτηκε διακελευόμενον, δέξασθαι ταύτην παραιτούμενον τὸν Εὐστάθιον, προσαγαγεῖν δὲ τοῦτον τὴν περίκλυτον τῶν Θεσσαλονικέων μητρόπολιν, ὡς τηνικαῦτα χηρεύουσαν. Myrorum metropolita, cui successurus erat Eustathius, fuit puto Christophorus, de quo videatur Michael Lequienius in *Oriente Christiano*, vol. I, pag. 970; in throno Thessalonicensi excepit Constantinum I. (Mich. Lequ. ibidem vol. II, p. 48.)

ut secundum Psalmistam loquar, in quibus nos A lætati sumus propter Jordanem quidem festa agere, nec non propter abundantes tropæorum regalium diffusiones flumina plaudere manibus ad idem referri putavimus. Utique magis ex illis Davidis hauriam verbis : invocabat abyssus abyssum ; fluvius ille abyssi misericordiæ hanc illustrium abyssum facinorum invocabat in vocem non minus quam cataracta mugientem auribusque tonantem.

2. Et hæc quidem fuit mihi quondam et usque ad hanc diem lex semel jubens, sole singulis annis in eumdem locum redeunte, provolvi coram adytis gestorum imperatoris felicium, velut coram Deo sacerdotes legis veteris, ita et nos imperatorem divino Spiritu ductum alloecuturi. Nunc quidem Jordanis me prætersugit, alter autem me suscipit fluvius qui exsilit ex gratiis Dei quasi ex abyssi fontibus, unguentumque redolet tum re tum nomine. Refertus fuit prodigiis non minus quam fluctibus fluminum quæ ditantur rivulis, et ideo omnino necesse est me in hoc flumine immergi, ne undique ad hunc regalem fluvium confluant orationis rivuli. Quod semper quandiu vixero, pars sim imperialium tropæorum, nihil novum ; justumque esset me etiam mortuum talem manere, divino inspirante flamine ; sed cum hoc non sit in nostra potestate, saltem in præsenti per vitam loqui non desinam. Aliter enim nullius gratias facerem pretii, cum ipsæ læte me sic C aspexerint et dulciter mihi subriserint, mihique illarum erga imperatorem antiquarum festivitatum singulis annis recurrentium pretiosas mercedes largitæ sunt. Ego autem meipsum converto et ad exsequendam pigritiam suscipio sermonem, quando magis necesse est excitari et cum sobrietate loqui. Erubesco de hac amica nutricique eloquentia quæ me adhuc puerum, et lanugine nondum vestitum rhetorem regium proponebat, quando Deus nuper in illa sede te constituisset, et tunc fontem eloquentiæ aperuit, postea vehementiorem factum rursus manifestavit, an speciosior et coplosior sit illo fonte jam memorato, an pariter indivise tranquilleque emanet, an pariter recte ab exitu effluat et sine circuitu currat, ego quidem nescio. Verum hic ad me evangelicam imprecationem refero, et me non existimo dignum qui tuam majestatem, tuis benefactis auctam contempler, nisi conversus fiam ille puer temporis acti, quo te imperatorem laudativis sermonibus salutabam et in hac nobilitate remaneam per totam vitam, necnon sicut olim balbutiens eloquentiæ litteras indigno festivitatibus modo, ita et nunc senior tremula voce loquor. Nonne jure criminis ingratitudinis arguerer, si meam in ore meo concluderem linguam, vocemque attollere et sermonem habere recusarem? Etenim, rex benignissime, tu me ex rerum limo in splendorem lucis exvexisti vitamque humilem in Pactolum divitem commutasti et

βασιλεὺς διεδείκνυτο. Καὶ ἦν τοῦτο *κρότος τις ποταμῶν*, εἰπεῖν ψαλμικῶς, καὶ οἷς ἡμεῖς διεχέομεθα. Τὸ μὲν ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ ἑόρτια, τὸ δὲ ἐπὶ ταῖς πολυχεύμοσι τῶν βασιλικῶν τροπαίων προχεύσεσι ποταμοὺς κροτεῖν χειρὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐδοξάζομεν. Καὶ ἵνα τοῦ Δαυϊτικοῦ ῥεύματος ἐπὶ πλέον ὀρύσσιμι, προεκαλεῖτο ἄβυσσος ἄβυσσον, ποταμὸς ἐκεῖνος ἀβύσσου ἁλίους ἄβυσσον ταύτην κατορθωμάτων εἰς φωνήν, οὐδὲν ἧττον καταράκτου βροντῶσαν εἰς ἀκοὴν καὶ ἐξάκουστον.

β'. Καὶ ταῦτα μέν μοι ἄχρι καὶ ἐσάρτι καὶ νόμος τις οὗτος ἔκειτο, ἅπαξ που θεμιστεύων, τῇς ἡλιακῆς αὐτοῦ ἀποκαταστάσεως εἰς τὰ τῶν βασιλικῶν προκύπτειν κατορθωμάτων ἄδυτα, καθὰ Θεῷ τοὺς τοῦ παλαιτάτου νόμου ἱερεῖς, οὕτω βασιλεῖ καὶ ἡμᾶς B ἐνθέῳ προσομιλήσοντας. Νῦν δὲ ὁ μὲν Ἰορδάνης παραβρυΐσκεταί με, ἄλλος δὲ ποταμὸς μετικδέχεται, ὃς χαρίτων μὲν Θεοῦ ἀναποδύει, ὅσα καὶ ἐξ ἀβύσσου πηγῶν· μύρου δὲ ὅλως πρὸς τὸ πρᾶγμα καὶ ὄνομα. Πέπλῃθε δὲ θαύμασιν οὐχ ἧττον ἢ νάμασιν τῶν ποταμῶν, οἳ πλουτοῦσι τοῖς ῥεύμασι· καὶ χρεὼν πάντως καὶ διὰ τοῦτο τῷ ποταμῷ ἐκείνῳ ἐμβάπτειν με, ἵνα μὴ πανταχόθεν ὁ βασιλικὸς οὗτος ποταμὸς εἴῃ τῶν τοῦ λόγου ῥευμάτων οἷον μισγάγκεια. Καὶ ἀεὶ λάχος τῶν βασιλικῶν τροπαίων γίνομαι, οὐ καινὸν οὐδὲν, ἐὰν ζῶν· ἦν δὲ ἂν δίκαιον, εἰ καὶ τεθνεὼς, ἐμπνεομένου ζωογόνου πνεύματος· ἐπὶ δὲ μὴ ἐκεῖνο, τὸ γοῦν παρὸν οὐκ ἂν παυσαίμην διὰ βίου λαλῶν. Ἢ γὰρ ἂν ἀδικοίην τὰς χάριτας, ἐὰν αὗται μὲν Πλάρον οὕτω προσέβλεψαν, καὶ γλυκύ μοι προσεμειδίασαν, καὶ τῶν πάλαι βασιλικῶν ἐκείνων ἐγκαινίων ἀμοιβὰς πολυτίμους ἐδαψιλεύσαντο· ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν ἀποστρέψω, καὶ εἰς ὄκνον καταβαρυνθῶ τοῦ λαλεῖν, ὅτε καὶ μᾶλλον ἐγρηγορέναι χρεὼν, καὶ νηφάλιος φθέγγεσθαι. Αἰσχυνῶ δ' ἂν καὶ τὴν φίλην θρέπτειραν ῥητορείαν, ἥτις ἔτι παῖδά με ὄντα, καὶ οὐδὲ εἰς ἴουλον ἀρτιφυῆ λασιούμενον, ῥήτορα βασιλικὸν παρεστήσατο, ἡνίκα Θεὸς τὰ πρῶτα ἐπὶ τῆς βασιλικῆς ταύτης ἐκάθισέ σε περιωπῆς, καὶ τὴν φλέβα τοῦ ῥητορεύειν τότε μὲν ὑπήνοιξεν, εἶτα ἐπὶ μακρὸν συσταλεῖσαν αὖθις ἐξέφηνεν, οὐκ οἶδα μὲν, εἰ κάλλιον τοῦ πρωτοφανοῦς ἐκείνου καὶ ἀθρούστερον ῥεύματος, βλύζουσαν δὲ ὅμως ἀσχέδες καὶ ἀρρέμβαστον, καὶ ἰθυτενῶς τῶν ἐκβολῶν ἐμμενῆν, καὶ ἀπερικλάνητα θέουσαν. Ἐγὼ δὲ ἐνταῦθα καὶ τὴν εὐαγγελικὴν κατάραν ἐμαυτῷ ἐπικλῶ, καὶ ἀξιῶ ἐμαυτὸν οὐ μὴ βλέπειν τὴν σὴν βασιλείαν, ἣν ταῖς ἀνδραγαθίαις εὐράνωσας, εἰ μὴ στραφεὶς γένωμαι ὁ παῖς ἐκεῖνος ὁ πάλαι, ὅτε σε τὸν βασιλέα ἐγκαινίοις λόγων ἐδεξιωσάμην, καὶ μενῶ ἐν τῇ εὐγνωμοσύνῃ ταύτῃ διὰ βίου παντὸς εἰ καὶ ὥσπερ τότε τὰ εἰς ῥητορείαν ψελλίζων, καὶ οὐ πρὸς ἀξίαν τῆς ἑορτῆς, οὕτω καὶ νῦν τῷ γήρᾳ τρομαλέᾳ φθεγγόμενος. Ἢ ποίας οὐκ ἂν κριθείην ἀγνωμοσύνης, τὴν γλῶσσαν ἐγκλείσας τῷ ἐξανοίξαντί μοι τὸ στόμα, καὶ λαλεῖν καὶ φθέγγεσθαι ; Ναὶ γὰρ, ὦ βασιλέων εὐεργετικώτατε, σύ με καὶ ἀπὸ πηλοῦ πραγμάτων εἰς λάμπουσαν μετήνεγκας καθαρότητα, καὶ ἠμειψάς μοι τὸν τοῦ βίου πηλὸν εἰς πλουτοποιὸν Πακτωλὸν, καὶ τὴν ἀγοραίαν

στωμυλίαν εἰς εὐγενῆ λαμυρίαν μετέθηκας, καὶ γῆθεν λαλοῦντά με πρὸς μετέωρον ὕψωσας· καὶ τὸ ἐν ἐμοὶ χθόνιον τοῦ Ἑρμοῦ πτερώσας οἷον οὐράνωσας, καὶ γλῶσσάν μοι μογγιλάλον διήρθρωσας, μᾶλλον μὲν οὖν παντελῶς σιγῶσαν ἐτράνωσας· καὶ ἀντὶ ὀνόματος, οὗ μετέχειν ἀξιοῦνται καὶ μικρόν τι γραμμάτων γευόμενοι ἄνθρωποι, ὄνομα ἐκτίσω μοι τὸ τοῖς κατ' ἐμὲ ὑπὲρ ἅπαν χρινόμενον ὄνομα.

γ'. Καὶ οὕτω μὲν ἐμαυτὸν ἐδικαίωσα μὴ ἀπενιαυτίζειν τὰ; λαλιὰς, ἀλλὰ συχνότερον φθέγγεσθαι, καὶ τὰς βασιλικὰς ἀριστείας περιχροτεῖν. Τὸ δέ γε παρεστὼς, τί ἂν ἔχοι ῥήτωρ τὴν γραφίδα μὲν ὅσα καὶ βέλος, καὶ φαρμάξας μέλανι, καὶ τοῖς βαρβάροις ἐπαφιέναι καραδοκῶν, καὶ βάπτειν εἰς αἵματα, εἶτα δὲ βλέπων ἐκείνους ἠρέμα πτήσσοντας, καὶ οὐ προκαλουμένους τὸ βάλλεσθαι; Ἢ πάντως ἀγάγοι ἂν διὰ θαύματος τὴν βασιλικὴν εὐανδρίαν, δι' ἧς ταῦτα ἐγένετο· δι' ἣν σκάζει μὲν τοῖς πολεμίοις μηχανὴ πᾶσα εἰς ἄπρακτον, οὐ πολλὰ δὲ κάμνει οὐδὲ τὸ βασιλικὸν ἐκείνοις ἀντιπαλαμώμενον στράτευμα, καὶ τὸ ῥητορικὸν δὲ διὰ ταῦτα γραφεῖον, τό γε εἰς ἐκείνους ἧκον, ναρκοῖ.

δ'. Ὦ βασιλικῆς κραταιότητος, δι' ἧς ἡμῖν ἀγαθὸν καταπέπρακται. Ὦ παγγάληνον ἔαρ βασιλείας, ἐν ᾧ πᾶν ἀγαθὸν ἐξήνθησεν κάρπιμον (τὸ ἐξ ἀέρων· τὸ ἐκ θαλάσσης· τὰ ἐκ γῆς· καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν τὰ πάντοθεν), καὶ ὁ παμβασιλεὺς Ἰησοῦς κατὰ τοῦ παλαμναίου αἰωνίου θανάτου τὸ πάμμεγα τρόπαιον ἔστησε. Σὲ δὲ, ὦ σῶτερ βασιλεῦ, θαῤῥοῦντως; ἂν εἴποιμι ὁπλίσασθαι κατὰ τοῦ βροτολοιγοῦ πολέμου, καὶ τὸ θανάσιμον τοῦτο κακὸν κάτω βαλεῖν. Καὶ νῦν τὸ ὑπήκοον ἅπαν εὐζωεῖ, καὶ κατακροαίνει τοῦ πολέμου, ὅτι καὶ τῶν πολεμίων, καὶ εἰρηναῖον σκιρτᾷ. Καὶ ἡ μὲν φύσις ἄτερ ὄχλου ἄγει καὶ τελεσφορεῖ, καὶ τὸ πᾶν αὐξάνεται καὶ πληθύνεται· ὁ δὲ τοῦ ζῆν παρατρώγων πόλεμος οὐκ ἐντὸς ὀργῆς μένει, ἀλλ' εἴ που καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ἐξωκεανίζεται, ταῖς Ἁρπυίαις δοθείς, καὶ οὐκ ἔτι τὸν τῆς φύσεως ῥοῦν ἀνακόπτειν παρεμπίπτων ὁποῖά τις λίθος τραχὺς καὶ ἀτίναχτος· ἀλλὰ παραράσσεται, μᾶλλον μὲν οὖν ἐκ μέσου πελάγους παραιρεῖται. Ἀργεῖ τὸ Σκυθικὸν τόξον, καὶ ἡ νευρὰ εἰς κενὸν τεινομένη κτυπεῖ, καὶ πρὸς μόνην ἀπόπειραν ῥυθμιζομένη (ποιητὴς ἂν εἴποι) χελιδόνι ἴκελον φθέγγεται. Εἰς ἄγαλμα καὶ μόνον τοῖς Ἰταλοῖς ἵππος φριμάσσεται, πρὸς γυμνασίαν φανταζόμενος. Εἰ δὲ κατ' ἀλλήλων ἐκεῖνοι πρὸς ὅπλα μαίνονται, ὁπλιζέσθωσαν· ἀντιπαλαμάσθωσαν, εἰ βούλοιντο, καὶ πεπτώκεσαν, ὡς ἡμῖν γε μέλον τῶν τοιούτων οὐδέν. Ἡ πρὸ ποδῶν ἤδη βασιλικῶν τὰ ὅπλα ἔῤῥιψαν, καὶ τὸς ψυχὰς ἐξέχεαν οἱ τῆς Ἄγαρ. Ἀλλὰ καὶ τούτοις ἡ θηριωδία ἐτιθασσεύθη· καὶ ἀντὶ τόξου μὲν ἄροτρον αὐτοῖς μετὰ χεῖρας, καὶ ἡ γῆ πρὸς αὔλακας σχίζεται· ἀντὶ δὲ ξίφους δρέπανον, καὶ τὸ λήϊον τέμνεται· ἀντὶ ἵππου πολεμιστηρίου ζεύξαντες βοῦν, τρίβουσιν ἁμαξιτὸν, καὶ ἅλωνος καθιππάζονται. Καὶ ἀφῆκε μὲν κατέχειν αὐτοὺς ὁ Ἄρης τὸ μαινόμενον κακὸν, τελοῦνται δὲ σωφρόνως τῇ Δήμητρι. Καὶ οἱ πάλαι τότε μέχρι καὶ

A pro forensi facundia aptasti mihi sermonis elegantiam, et me humiliter loquentem in altum extulisti; quod in me terrenum erat, super alas Mercurii exaltans, cœleste fecisti, et linguam tardam depolisti et vero infanti loquendi potestatem dedisti, et pro nomine de quo curare dignantur aliquantulum viri litteris studentes, nomen mihi protulisti super omne nomen ab eis qui me circumdant judicatum.

3. Ita memet judicavi debere non hoc anno tacere, sed copiosius alloqui regiaque divulgare facinora. In præsentiarum, quid faceret orator stylum manu quasi jaculum tenens, atramento pro veneno infectum, paratus ad injiciendum inimicis et in eorum cruore immergendum; qui modo illos obB stupentes cerneret, et non provocatos fugam capessere? Omnino stupendam redderet virtutem regiam per quam hæc facta sunt, per quam claudicat irritaque evadit omnis hostium solertia, regalis vero exercitus illis obluctans nullo modo laborat, et mox propterea ipse oratoris stylus, saltem prout contra adversarios vibratur, torpet.

4. O regalis virtus, per quam nobis bona patrata sunt! O serenissimum ver regiæ potestatis, in quo floruit bona omnis arbor fructifera (sive ex aere, sive ex mari, sive ex terra, seu uno verbo ex quacunque parte), et rex omnium Jesus adversus sanguineam æternamque mortem splendidum tropæum erexit! Te vero, o salutifer imperator, audacter dicerem contra illud bellum C mortalium flagellum dimicasse letiferumque hoc malum ad ima dejecisse. Et nunc docilis mundus feliciter vivit, et adversus bellum clamitat, ipsorumque bellatorum studium pacem appetit. Et quidem natura sine tumultu agit et perficit, et omne augetur necnon completur. Bellum autem vitam rodens non intra iram moratur; sed, si ita licet loqui, extra oceanum transmittitur, Harpyiis traditum, nec jam incumbit naturæ cursum interscindens, more lapidis gravis et immanis; sed frangitur seu potius e medio æquore eripitur. Quiescit arcus Scythicus, et nervus in vacuum tensus stridet, et nonnisi experimento inserD viens (diceret poeta), ad instar hirundinis personat. In oblectamentum solum Italis equus adhinnit ad exercitium exhibitus. Verum si illi de armis contra se invicem ferendis insaniunt, bellantor; perfida mutuo moliantur consilia, si voluerint, et dispereant, dummodo nulla sit nobis pars in rebus istis. Insuper jam coram regiis pedibus arma abjecerunt, animas fuderunt filii Agar. Sed et eorum feritas mansuefacta fuit, et pro arcu aratrum ipsis inter manus, terraque sulcis scinditur; pro ense falx, qua frumentum secatur; pro equo bellico bovi jugum imponunt, vias terunt, et aream equorum pedibus conculcant. Et cessavit apud illos commorari Mars, furens illa pestis, sed sapienter in honorem Cereris cedunt.

Et qui olim hericque etiam per mare Asianum late patebant, atque maritimum jactabant imperium, nunc non tantum se a vicinitate maris amoverunt, sed etiam plerique nesciunt, nisi voce sola, æquora, proximæ loco habitationis in remotas continentis terras fuga emigrantes, cum primo Alexius inter imperatores illustrissimus eos repulisset, malo procul ablegato, deinde Joannes tropæis mersus quem justum est inter imperatores eximium audire, eos longius compulsos de vicinis dejecisset possessionibus; tertio cum post illos potentissimus imperator, qui terram oceano facinorum cinxit, ipse validius excitatus in eos irruisset, ita ut mare ab ipsis jam conspici non possit. Et ex tribus istis quasi fluctibus alius quidem avertit a mari confusam Agar colluvionem; alius vero illud magis ablegavit; alter autem procul a visu repulit, et maris dominos in incolas continentis transposuit, ita ut arduum sit nostris navigantibus faciem Ismaelitæ noscere, illis vero rursus rarissimum esse maris spectaculum, nisi eis qui ad commercium peregrinantur et qui a campestribus emunt pascua, pro bestiis paciscentes. Et multos modo sermones exhauriret auribus jucundos vir Ismaelita, qui mare jam nescit. Tu quidem sic illis fluentum insolentiæ interrupisti, et sursum, seu, ut dicunt, adverso flumine ascendere coegisti; illos vero demuleet spes currendi, ut aiunt, adverso flumine, et desiderato potiendi. Non ita sane, sed sæpius alveos illis concludis, et versus ipsos fontes vi repellis. Nihil impediret quin hæc cito fiant nisi ab antiquo tempore fervens malum ab altis erupisset abyssis, et fluctus late diffusus totam occupasset terram, quam a solis ortibus cognominamus.

5. Verum hoc erit quando insufflaverit Deus qui replet omnes petitiones cordis tui, manuque valida arripuit fontes hujus fluminis quos jam refundere cœpisti, et recedere coegisti. Jam nunc illud contines fluentum, et refluere adigis, terræque secreta subire, mœnibus hostes arcens, vias solidis firmans munitionibus, et tuos illis insuperabili vallans aggere. Juvat cernere vias, prius Christianis impervias, nunc multis tritas, et ad accessum patentes non tantum viris, iisque armatis, sed et leviter ad iter expeditis, et viatorium ferrum vix et nonnisi decoris gratia succingitur. Jam mulieres ipsæ illas audent tentare vias, ipsæ etiam quæ delectationis causa peregrinantur, vel quas ex civitate divinum ardens locorum sanctorum desiderium illic viatrices facit. Si ergo vetus quidam rex fluvium insolentem et jumenta in profundum trahentem, virisque terribilem mulieri vadosum fecerat, illum innumeris minuendo incisionibus, alii vero hoc regium facinus venerati laudaverunt; ego quidem de istis dubito, et illud incisum flumen censeo devotum fuisse furiis, et mare flagellatum, quod olim passus est Helles-

Α ἐπὶ θάλασσαν τὴν Ἀσιανὴν πλατυνόμενοι, καὶ κράτος αὐχοῦντες ἀγχίαλον, νῦν οὐχ ὅπως τῆς αἰγιαλίτιδος μόνον ἀνήνεγκαν ἑαυτούς, ἀλλ' οὐδὲ οἴδασιν οἱ πολλοί, ὅτι μὴ λόγῳ μόνῳ, τὴν θάλασσαν, τῆς παραλίου κατοικίας βαθεῖαν ἠπειρον ἐκ φυγῆς ἀλλαξάμενοι, τὰ πρῶτα Ἀλεξίου τοῦ πάνυ ἐν βασιλεῦσιν ἐκκυμανθέντος αὐτοῖς, καὶ τὸ κακὸν παρασύραντος· εἶτα τοῦ πελαγίζοντος τοῖς τροπαίοις Ἰωάννου, ὃν θέμις ἐν βασιλεῦσιν ἀκούειν κάλλιστα, βαρύτερον ἑαυτὸν ἐπεξαγαγόντος, καὶ τὸ κατ' ἐκεῖνο ἐπὶ μᾶλλον ἀνασκευάσαντος· τρίτου δὲ ἐπ' ἐκείνοις τοῦ κρατίστου βασιλέως, ὃς τῇ οἰκουμένῃ ὠκεανὸν κατορθωμάτων ἐγύρωσε, κραταιότερον ἐντινάξαντος ἑαυτὸν καὶ ἀπαγαγόντος, ὡς μηκέτι αὐτοῖς ἐπόψιον τὴν θάλασσαν γίνεσθαι. Καὶ κυμάτων οἷον τούτων τριῶν

Β τὸ μὲν διέστησε τῆς θαλάσσης τὸν ἐκ τῆς Ἄγαρ ἀκριτόφυρτον συρφετόν· τὸ δὲ εἰς πλέον ἀφώρισε· τὸ δὲ καὶ ἠφάντωσε, καὶ ἀντὶ θαλαττίου εἰς ἠπειρώτας κατέστησεν, ὡς ἔργον εἶναι τοῖς καθ' ἡμᾶς θαλαττεύουσιν εἰδέναι ὄψιν Ἰσμαηλίτιδα, ἐκείνοις δὲ αὖθις σπανιώτατον εἶναι θεαμάτων τὴν θάλασσαν, πλὴν ὅσοι κατ' ἐμπορίαν που στέλλονται, καὶ ὅσοι τὰς ἐκ τῶν πεδιάδων ὠνοῦνται νομὰς, τοῖς ζώοις ὑπόσπονδοι. Καὶ πολλοὺς ἂν ἄρτι λόγους ἀναλώσῃ πρὸς τρυφὴν ἀκοῆς ἀνὴρ Ἰσμαηλίτης, ἀρτιμαθὴς θαλάσσης γενόμενος. Σὺ δὲ οὕτω μὲν αὐτοῖς τὸ ῥεῦμα τοῦ θράσους ἀνέκοψας, καὶ εἰς ἀνάῤῥουν ἔτρεψας, καὶ (ὃ δὴ λέγεται) ἄνω ποταμῶν· ὑποδάλπει δὲ τούτου; ἐλπὶς δραμεῖν, ὅ φασι, κατὰ ῥοῶν, καὶ συμμίξαι εἰς τὸ ποθούμενον. Οὔμενουν· ἀλλὰ συχνὰ τοὺς

C ὀχετοὺς ἐμφράττεις αὐτοῖς, καὶ βιάζῃ καὶ εἰς αὐτὰς τὰς πηγάς. Ἐκώλυε δὲ οὐδὲν καὶ ταχὺ τοῦτο γενέσθαι, εἰ μὴ μακρὸς ἀφότου χρόνος ἐκεῖνος ἐκ βαθείων ποθὲν τὸ κακὸν ἐξερράγη, καὶ ἐσκεδάσθη πελάγιον, καὶ τὴν γῆν πᾶσαν ἐπέσχεν, ἣν ταῖς τοῦ ἡλίου ἐπικαλοῦμεν ἀνατολαῖς.

ε'. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐσεῖται, ὅτε Θεὸς ἐπινεύσειεν, ὁ πληρῶν πάντα τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου, καὶ χειρὶ κραταιᾷ δραξάμενος τῶν πηγῶν τούτου τοῦ

D ῥεύματος, ἃς καὶ ἀναμοχλεύειν ἤδη ἀπήρξω, οὐκ ἀφῆσας οὐδὲ ἐξάλλεσθαι· τὰ νῦν δὲ ἄλλως ἐπέχεις· ἐκείνην τὴν σύῤῥοιαν, καὶ παλινοστεῖν ἀναγκάζεις, καὶ ἐν ἀφανεῖ καταχώννυσθαι, διατειχίζων τοὺς πολεμίους, καὶ τὰς ἐφόδους διείργων στερεμνίοις ἐπιτειχίσμασι, καὶ ἀνατειχίζων οὕτως αὐτοῖς τὸ ἀκάθεκτον. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν ὁδοὺς, ἀβάτους τὰ πρώην Χριστιανοῖς, ἄρτι λεωφόρους καὶ ἀναπεπταμένας εἰς βάσιμον· καὶ οὐ μόνον ἀνδράσι, καὶ τούτοις ὁπλοφοροῦσιν, ἀλλὰ καὶ οἷς τὰ τῆς πορείας εὔζωνα· καὶ ὁ ἐνόδιος σίδηρος μόλις που καὶ εἰς παρηρτημένην πεπόρισται μάχαιραν. Ἤδη καὶ γυναῖκες τολμῶσι τὰς ὁδοὺς ἐκείνας, καὶ αὗται τῶν τρυφερευομένων καὶ τῶν ἐξ ἄστεος, ὅσας ὁ θεῖος πόθος ἀναθερμαίνων τόποις ἁγίοις ὅπου δήποτε τῆς ἐκεῖ γῆς ἐπιδήμους ποιεῖ. Εἰ μὲν οὖν παλαιός τις βασιλεὺς ποταμὸν ἀναιδευσάμενον, καὶ ὑποζύγια κατασύραντα, καὶ οὐδὲ ἀνδρῶν φεισάμενον, βατὸν πεποίηκε γυναιξὶ, πυκναῖς ἐκεῖνον λεπτουργήσας κατατομαῖς, ἄλλοι τὰ τῆς βασιλικῆς ἐκείνης σεμνυνέτωσαν πυάξεως· ὡς

ἐγὼ τοῦτο μὲν ὀκνῶ, καὶ εἰς ταυτὸν ἄγω, ποταμόν τε ποινηλατεῖσθαι τεμνόμενον, καὶ μαστίζεσθαι θάλασσαν, ὅπερ Ἑλλήσποντος πάθοι ποτέ· καλὸν δὲ ὄντως κρίνω καὶ βασιλικῆς μεγάλης ἰσχύος ἐπάξιον, γῆν μάλα μὲν πολλὴν, μάλα δὲ ἐν καιριωτάτῳ κειμένην, ἄλλως δὲ τοῖς προσβαίνειν ἐθέλουσι δυσέμβατον καὶ ἀνέκβατον, οὐ δι' ἐρημίαν, οὐ διότι θηριοτρόφος, ἢ ὅτι προβολαὶ πετρῶν αὐτὴν ἐξετράχυνον, ἢ καὶ ὕλη ἀμφιλαφὴς τοὺς ὁδοιπόρους ἐξέκλειεν· ἀλλ' ζτι σκάνδαλα τρίβων εἶχε πᾶσα, καὶ ὅπλοις Ἰσμαηλιτικοῖς λῃΐου δίκην ἐφριττε, καὶ (ὡς ἄν τις εἴποι) σιδηρέῳ τείχει διόλου πέφρακτο, καὶ ἡμᾶς ἀπετείχιζε, βάσιμον ποιῆσαι τοῖς διοδεύειν ἐθέλουσι, καὶ αὐτοῖς, ὅσοι δειλοὶ πρὸς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾶν. Τὸ δὲ καθ' ἡμᾶς ἐνταῦθα ποῦ ποτε ὄψεσι τις θαύματος; βασιλέων ἀνδρικώτατε; Οἱ καὶ αὐτοὶ τῆς γῆς ταύτης ἤδη καταθαῤῥοῦμεν, ἄνθρωποι σιδήρου μηδὲν παραπτόμενοι, πλὴν εἴ που μαχαιρίδος τινὸς ἐνοχλούσης καλάμῳ καὶ παραποιούσης καὶ ἀποξεούσης εἰς γράμματα. Πεποίθαμεν ἢ μὴν, ἐὰν καὶ θεατὴς παριππεύσῃ ἀλλόκοτος, ἀποπέμψεσθαι τὸ κακὸν, ἀναβοησάμενον τὸ σὸν καὶ μόνον ὄνομα. Οὐδὲν ἡμῖν ἀπαίσιον συναντήσεται, οὐ φόβος νυκτερινὸς, οὐ βέλος ἡμέρας πετόμενον· αἰδέσονται τὸν κήρυκα οἱ τὸν κηρυσσόμενον φρίσσοντες. Ἔσται ἡμῖν ἀντὶ κηρυκίου τὸ βασιλικὸν ὄνομα. Διαβησόμεθα ὡς ἐπὶ πανήγυριν ἄσυλοι. Ἀναπετάσομεν ὀφθαλμοὺς καὶ ἀροῦμεν κύκλῳ, θαυμάζοντές σου τὰ ἔργα. Τοπογραφήσομέν σου τὰς ἀριστείας. Περιοδεύσομεν τόπους, ἐν οἷς οἱ σοὶ ὡραῖοι πόδες ἐπάτησαν, ὑπὲρ ἡμῶν πονοῦντες, καὶ οὐδὲ ἀκίνδυνα τρέχοντες. Καὶ ἔσται ἡμῖν ἡ τοιαύτη γῆ ἐν σεβάσματι δικαιότερον, ἤπερ οἱ Θρᾷκες ἐν Εὐρώπῃ γῇ ἐκείνην εἶχον διὰ τιμῆς, ἣν ἐπάτησε Περσῶν βασιλεὺς, καθ' Ἑλλάδος ἐκστρατευσάμενος. Οὕτω κἀνταῦθα ἡμῶν τὸ θλίβον ἡμῶν ἀπήλασας. Οὕτω φόβου παντὸς ἡμᾶς ἀπέλυσας, καὶ τὴν ἄλλως θηροτρόφον διὰ τοὺς θῆρας τοὺς ἐξ Ἰσμαὴλ ἀνθρώπων ἔπλησας. Εἶπεν ἄν τις λύκους ἐκείνους, πάλαι ποτὲ κατά τινι ποίμνῃ τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐπεισπηδῶντας κληρονομίᾳ, καὶ τοῖς τῶν Χριστιανῶν αἵμασι χαίροντας, καὶ οὐκ εἰς μάτην χαίνοντας, ἀλλ' ἁρπάζοντας καὶ λαφύσσοντας. Νῦν δὲ οὐ μόνον ἀπεσφενδόνηνται, ἀλλὰ καὶ οἱ μὲν οὐδέ εἰσιν ἔτι, οἱ δὲ τοῦ εἶναι λύκοι ἐξελάθοντο. Μάλιστα μὲν οὖν ἐκ λύκων αὐτοὺς εἰς ἀνθρώπους μετέστησας· καὶ ὅπερ ὁ τῆς Κίρκης κυκεὼν λογογραφεῖται ποιεῖν, τοῦτο ἐπ' ἀληθείας φόβος βασιλικὸς ἐξ ἀντιστρόφου νῦν κατεπράξατο, καὶ οὐκ ἐξ ἀνθρώπων εἰς θῆρας, ἀλλ' ἐξ ἐκείνων εἰς τούτους μεταβιβάσας θειότατα. Καί τις μία καὶ αὕτη ποίμνη ὑπὸ καλῷ ποιμένι τῷ ἐνθέῳ συνάγεται βασιλεῖ, τῶν θηρίων οὐκ ἐνόντων. Οὐκ οὖν μερίδες αἱ μὲν ἡμῖν, αἱ δὲ τοῖς ἔθνεσι· ἀλλ' ἔστιν ἡμῶν τὰ πάντα. Καὶ σὺ διὰ ταῦτα βασιλεὺς ἐπὶ πάντας ἀήττητος· καὶ δέδεται νῦν ὁ πόλεμος διὰ σοῦ, οὐ χαλκέῳ κεράμῳ, κατὰ τὸν τοῦ παλαιοῦ λόγου Ἄρεα, ἐξ οὗ λυθείη ἂν ἐκεῖνος τρισκαιδεκάμηνος, ἀλλὰ δεσμῷ ἀῤῥήτῳ, ἀφύκτῳ, ἀλύτῳ· ἐφ' ὅσον ἂν οὐ μόνον τοῖς στρατιωτικοῖς ὄπλοις, τὸ τῆς παροιμίας, ἐνιστουργηθήσεται ἀρά-

A pontus. Vere autem pulchrum judico et magnæ regis virtutis dignum magnam quidem regionem sed in morte jacentem aliunde eis qui pergere volebant imperviam et inaccessibilem, non quia deserta, aut feris frequens, aut saxorum eminentibus aspera, nedum quia nemus ex utraque parte patescens viatores concludebat, sed quia scandala terrens habebat omnia, et quasi frumentum Ismaeliticis armis horribiliter secabatur, et, dixerit quispiam, ferreis mœnibus undique cingebatur, perviam fecisse ibi itinerari cupientibus et ipsis etiam qui trementes pugnam ferrumque intuentur. Sed quis unquam apud nos tantum proferet miraculum, o imperatorum generosissime? Nos ipsi qui istam regionem jam audemus aggredi,
B homines nullo succincti ferro nisi scalpro quo circumcidatur calamus, quo expuncta radatur scriptura. Ita sane persuasum habemus, si quis extraneus spectator illis in plagis equitaverit, hunc malum expulsurum, dummodo solum nomen tuum invocaverit. Nihil noxium nobis occurret, nec timor nocturnus, nec sagitta volans in die. Verebuntur præconem qui prædicatum horrent. Erit nobis pro prædicato imperatoris nomen. Transibimus intacti tanquam ad panegyrim. Aperiemus oculos et circumspiciendo tua miramur opera. Circuibimus loca in quibus speciosi pedes tui steterunt pro nobis laborantes nec sine periculo currentes. Et erit nobis terra ista magis veneratione digna quam Thraces in Europa terram illam
C in honore habebant per quam ambulavit rex Persarum adversus Græciam dimicaturus. Sic a nobis flagellum nostrum amovisti. Sic ab omni metu nos solvisti, et plagam antea feris id est Ismaelitis frequentem hominibus replevisti. Dixeris sane lupos illos olim in gregem, Romanam scilicet hæreditatem, irruentes et Christianorum sanguine gaudentes, et non inhiantes tantum, verum arripientes et deglutientes. Nunc vero alii armis expulsi sunt, alii esse desierunt, alii ferocitatem suam deposuerunt. Præsertim autem ex lupis eos in homines mutavisti; et quod Circæ potio fecisse perhibetur, hoc reipsa, sed e contrario, imperatoris timor modo perpetravit, non quidem homines in feras, sed istas in illos divi-
D nitus convertendo. Et unus quidam grex sub uno eximio pastore, divo scilicet imperatore, congregatur, feris nequaquam concurrentibus. Igitur non sunt partes aliæ quidem nobis, aliæ autem gentibus, sed nostra sunt omnia. Et tu propterea imperator super omnes invincibilis; et nunc per te constringitur bellum, non ferreo carcere, secundum vetus de Marte dictum, ex quo non nisi post tredecim menses solvendum esset, sed vinculo indicibili, ineluctabili, indissolubili, ita ut non tantum bellicis armis, ut dicit adagium, telam ordiatur arachnea, sed ipsum belli nomen aboleatur. Quidnam Græci jactabundi dicerent qui tantum Antalcidæ victoriam et secutam pacem attollebant, si nostram novissent? Ubinam tanta victoriæ bona ut

ubicunque terrarum pacem habeat concurrentem? Juvat quidem mare hiemem fugiens et ad vernam tranquillitatem expansum placidamque superficiem ad lucem explicans, istud autem ver tuum, et hiemalis pugnæ dissolutio, pacisque serenitas, nihil est jucunditatis quod nobis non præbeat. O bella et certamina in quibus hostem universum in fugam irrevocabilem convertisti! O procellas quas nobis in serenum convertisti! O commotiones bellicas quæ fundamenta Romanarum urbium concussa everterunt! Nunc autem nobis urbes in firma petra conduntur: quæ exciderunt, rursum pari numero eriguntur; quæ vero timebant ne caderent, firmiter munitæ corroborantur; sexcentæ vero, pro necessitate, turribus instruuntur. Præripis enim in istis res futuras oculo perspicaci. Sic hostibus gressus supplantas; sic ipsis terram metiris angustam; sic illis contrahis habitationes. Stimulis quidem ferreis hostium campos stravisse, ut illis pedes defixi fallerentur, et sale consevisse agros uberes, ut sterilitatem ipsis proferat terra prius fecunda, et foveas suffodisse in pedicas tam equorum quam virorum, et aquas veneno corrupisse, generosum nihil est in istis (quomodo enim generosum quod fraudulentum? quomodo virile quod dolosum est?) nec victimas laqueo interimi; tempus enim breve ista ad finem adduxit; sed Romana præsidia et urbes armigeris viris repletas per totam adversariorum terram disseminasse, hoc sane opus erat arte bellica dignum. Istud haud minus ac murices inimicis urbes munitas evertit. Fallit enim eis ad insolentiam gressus, quemadmodum salinæ in terra Barbarorum exercentur, ita ut non habeant illi solitas telluris fruges percipere, et altissimam suffodit foveam qua in interitum detrahuntur, tanquam lethale venenum impingit, vitam eorum periculis circumdando, et breves illis dies metiendo. Tantum te experti sunt bellatorem, semper victorem, solertissimum, multa arte præditum, urbium obsessorem, necnon defensorem, qui omnia potes confortante te Deo. Ideo superbiam deposuerunt, et in servitutem tibi redacti sunt. Sciunt præclara tua facinora, magna sciunt opera, quæ ipsi ante omnes experti sunt non ignorant gestorum egregia, et veterum more regum illos, ut ita dicam mutilantium, tu media illis corda percussisti. Experti sunt manus tuas invincibiles; te didicerunt et in consiliis admirabilem super filios hominum, et in bellis potentem necnon insuperabilem, animam fulminantem, dextera tonantem, promptum in consiliando, velocem in equitando armaque educendo, ita ut nemo tibi antecellat. Et hoc erat ordo optimus et sequela naturæ. Nam quem ipsi eximium videbant in primitiis viri, cum nondum gratia physici graminis enata floresceret, nec vultus pratum percurreret, qualem eum erant experturi, quando Deus illum in perfectionem viri provexit? Sane omnino

A χνειον ὕφασμα, ἀλλὰ καὶ ὄνομα πολέμου, οἶμαι, ἀπαλλαγήσεται. Τίνες ἂν ἦσαν οἱ μεγαλόφωνοι Ἕλληνες, τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου νίκην καὶ τὴν ἐκεῖθεν εἰρήνην ὑψηγοροῦντες, εἰ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐωράκεισαν· ὅπου τοιαῦτα τὰ τῆς νίκης, ὡς πᾶσαν γῆν περιελθεῖν, καὶ τὴν εἰρήνην ἔχειν σύντροχον; Ἠδὺ μὲν καὶ θάλασσα φυγοῦσα χειμῶνα, καὶ πρὸς ἐαρινὴν ἁπλουμένη γαλήνην, καὶ τὴν ἐπιπολὴν ἀκύμαντον παραυγάζουσα· τὸ σὸν δὲ ἡμῖν ἔαρ τοῦτο, καὶ ἡ τῆς χειμερίου μάχης ἀπόλυσις, καὶ τὸ τῆς εἰρήνης γαληναῖον οὐκ ἔστιν ὅ τι μέρος ἡδονῆς οὐ παρήλασεν. Ὦ πολέμων ἐκείνων, ἐν οἷς ἅπαν πολέμιον εἰς φυγὴν ἀμετάστρεπτον ἔτρεψας. Ὦ καταιγίδων, ἃς ἡμῖν εἰς αἰθρίαν ἔστρεψας. Ὦ πολεμικῶν ἐκείνων σεισμῶν, οἳ τοὺς θεμελίους τῶν Ῥωμαϊκῶν πό-

B λεων ἦν ὅτε ὑπονομεύσαντες ἀνερρήγνυον. Ἀλλὰ νῦν ἡμῖν ἐπ' ἀσφαλοῦς αἱ πόλεις ἵδρυνται, ὅσαι μὲν κατέπεσον, ἀναστᾶσαι εἰς ἀριθμόν· ὅσαι δὲ φόβον εἶχον τοῦ πεσεῖν, ἐρεισθεῖσαι καὶ καταστᾶσαι εἰς ἀσφαλές· μυρίαι δὲ καὶ ἐκ καινῆς πυργωθεῖσαι, ὅπου καίριον. Προαρπάζεις γὰρ κἀνταῦθα τὸ μέλλον ὄμματι διοράσεως. Οὕτω τοῖς ἐχθροῖς σφάλλεις τὰς βάσεις· οὕτω τὴν γῆν αὐτοῖς μετρεῖς εἰς βραχύ· οὕτω στενοχωρεῖς ἐκείνοις τὴν οἴκησιν. Τριβόλοις μὲν οὖν σιδηροῖς τὴν τῶν πολεμίων καταπάσαι πεδιάδα, ὡς ἂν εἴη ἐκείνοις ἐμπείρεσθαι καὶ τὰς βάσεις σφάλλεσθαι· καὶ ἅλατι κατασπεῖραι τὴν ἀρώσιμον, ὡς ἂν ἀκαρπίαν ἡ ζείδωρος ἐνέγκῃ αὐτοῖς· καὶ βοθύνους ὀπωρύξαι εἰς ποδάγρας ἵπποις τε καὶ

C ἀνδράσι· καὶ ὕδατα φαρμάκῳ δηλήσασθαι, οὔτε γενναῖον οὐδέν τι τούτων, (ποῦ γὰρ γενναῖον τὸ ὕπουλον, ποῦ δὲ ἀνδρεῖον τὸ δόλιον;) καὶ οὐδὲ πάνυ πρὸς ἀγχόνην σφίγγει τὸν ἐπιβουλευόμενον· χρόνος γὰρ ταῦτα βραχὺς ἀπήγαγε. Φρούρια δὲ Ῥωμαϊκὰ καὶ πόλεις ὁπλοφόρων ἀνδρῶν διὰ πάσης τῆς τῶν ὑπεναντίων γῆς διασπεῖραι, ἀλλὰ τοῦτο θεῖον, ὅποι τις βούλεται στρατηγικοῦ μηχανήματος. Τοῦτο καὶ κατὰ τριβόλους τὰς ἐπιτειχιζομένας πόλεις κατέστρωσε τοῖς ἐχθροῖς. Σφάλλει γὰρ ἐκείνους τὰ εἰς ἄνετον διαβήματα, καὶ ὡς οἷον ἀλοπήγια τῇ τῶν βαρβάρων πήγνυται γῇ, οἷς οὐκ ἔχουσιν ἐκεῖνοι τὰ σηνήθη γῆθεν καρπίζεσθαι. Ἀνοίγεται δὲ καὶ ὥσπερ εἰς βαθύτατον βόθυνον, ὅτι καὶ κατασπᾷ πρὸς

D ὄλεθρον. Φαρμάττεται δὲ καὶ ὡς εἰς ὀληθήριον, δι' ὧν περιστᾷ τὸν κίνδυνον εἰς τὸ ζῆν, καὶ εἰς βραχὺ μετρεῖ τὸν βίον αὐτοῖς. Τοιούτου πεπείρανταί σου μαχητοῦ, νικῶντος ἀεί, ἀῤῥηχάνου, πολυμηχάνου, πολιορκητοῦ, πολιούχου, πάντα ἰσχύοντος ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί σε Θεῷ. Ἀμέλει καὶ καθαιροῦνται τῆς ὀφύος, καὶ εἰς δουλείαν σοι καθυπάγονται. Οἴδασι μὲν οὖν αὐτοὶ τὰ τοιαῦτα πρωτοπαθῶς· οἴδασι τὰς σὰς ἀριστείας, οἷς αὐτοὶ ἔπαθον. Οἴδασι τὰς μεγαλουργίας· οὐκ ἀγνοοῦσι τὰ τῶν ἔργων τεράστεια, καὶ ὡς, τῶν πάλαι βασιλέων ἀκρωτηριαζόντων οἷον αὐτοὺς, σὺ μέσας αὐτοῖς τὰς καρδίας ἐπάταξας. Ἐπειράθησάν σου τῶν ἀηττήτων χειρῶν. Ἔμαθόν σε, καὶ ἐν βουλαῖς θαυμαστὸν ὑπὲρ υἱοὺς ἀνθρώπων, καὶ ἐν πολέμοις κραταιὸν καὶ ἀπρόσμαχον· πρηστήριον τὰς φρένας· κεραυνοβόλον τὰς

χεῖρας· ὀξὺν βουλεύσασθαι· ταχὺν ἐππάσασθαι, ὅπλα δὲ ἄρασθαι, οἷον οὐδεὶς ὑποστήσεται. Καὶ ἦν τοῦτο τάξις ἀρίστη καὶ ἀκολουθία φύσεως. Ὃν γὰρ αὐτοὶ ἀριστέα εἶδον ἐν προοιμίοις ἀνδρὸς, ὅτε μήπω μηδὲ χάρις χλόης φυσικῆς ἀνατέλλουσα ἥνθει, καὶ τὸν τοῦ προσώπου λειμῶνα περιέτρεχε, οἷον ἔμελλον τούτου πειράσασθαι, ὅτε Θεὸς αὐτὸν καὶ εἰς ἀνδρὸς ἐντέλειαν ἔστησεν; Ἢ πάντως τοιούτου. οἷον τὴν ἐκείνων ἅπασαν σωφρονίσαι μανίαν τραύμασιν. Οἴδασι μενοῦν ἐκεῖνοι ταῦτα, καὶ γῆ δὲ ἡ σύμπασα.

A talem qui cladibus omnem eorum castigavit insolentiam. Talia igitur sciunt illi terraque universa.

ς'. Ἐγὼ δὲ καὶ τὰ τῆς Εὐρώπης αὐτοῖς ἀναβήσομαι, οὐχ ὅτι μὴ καὶ ταῦτα οἴδασι. Πῶς γὰρ ἦν καὶ λαθεῖν, ἔνθα ἡ φήμη τῶν τροπαίων εἰς πᾶσαν γῆν περιήχηται, καὶ (τὸ ὑμνούμενον) ὤζεν ἡ οἰκουμένη τῶν ἐν Εὐρώπῃ πολεμίων νεκρῶν, καὶ τῶν βαρβαρικῶν ἐκείνων πτωμάτων ὁ τύπος περιῆλθε τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς, περιηχηθεὶς εἰς ἐξάκουστον; Ὅ δή τινος ἐπὶ σεισμοῦ ἐφαντάσαντο, ὑπονοοῦντες λόφων ὀφώματα κατενεχθέντα τῆς στάσεως, καὶ κατάρξαντα τινάσσειν μὲν τὴν προσεχῆ γῆν, κατασαλεύειν δὲ καὶ ὅσα ἐχόμενα. Οὕτω κἀνταῦθα, πλὴν εἰς ἀλήθειαν, ἔπιπτεν κατασειόμενον Εὐρωπαῖον ὀφρυόεν ἐθνικὸν ἐπανάστημα, καὶ ὁ φόβος εἰς Ἀσίαν διέβαινε, καὶ κατέσειε τὸ ἀλλόφυλον, καὶ τὸ τοῦ βασιλέως ἐπ' ἀμφοτέρας βλέμμα ὅσα καὶ Θεοῦ καὶ ταύτην κἀκείνην τρέμειν ἐποίει. Οὐκοῦν οὐδὲ τὰς δυσμικὰς ἀγνοοῦσιν ἀριστουργίας οἱ περὶ γῆν ἐκείνην, ἣν ἐφορᾷ ἥλιος πρωτοφαὴς ἀναπετάσας τὸ βλέφαρον. Καὶ ἦν μὲν οὐ πρὸς ἀνάγκης τὰ τοιαῦτα τοῖς μεμαθηκόσι λαλεῖν· τὴν δὲ ἐμὴν γλῶσσαν ἡ τῆς βασιλικῆς θερμότης πίστεως χαλκεῖον ἐχώνευσε λάλον καὶ σιωπᾷν οὐκ εἰδώς, ἀλλὰ καὶ τοῖς εἰδόσι φθεγγόμενον, καὶ οὐ δι' ὄχλου γινόμενον. Καὶ τίς γὰρ οὐκ ἂν διὰ βίου ἀνακυκλεῖσθαι τὰ τοιαῦτα βούλοιτο;

B

C

6. Ego vero in tota Europa ejus gesta ipsis pronuntiabo, non quasi illa nesciant. Nam quomodo ista eos laterent cum fama tropæorum per omnem terram diffusa sit et hymnis resonaverit tellus ex hostibus in Europa mortuis, et illarum Barbarorum cladium rumor circuivit fines universos, in omnium auribus celebratus? Non secus ac post terræ motum, sibi suspicati fingunt montium vertices ab altitudine demissos in terram proximam exsultare incepisse et aliquo modo exsiluisse, ita, præter quod erat verum, cecidit concussus omnium Europæ gentilium inflatus tumor, et timor per Asiam ambulavit, et alienas commovit regiones, et imperatoris sicut Dei oculus utrinque attentus tam istam quam illam tremefecit. Igitur nec præclara in occidente facinora ignorant qui illam habitant terram quam conspicit sol primo ortu, sublevatis oculis. Nihil quidem necessitatis erat talia jam edoctis præcipiendi, nostram autem linguam regiæ ardor fidelitatis æream conflavit loquacitatem, et jam silere nescit, sed et doctos alloquitur, nec unquam sibi satisfacit ipsi. Quis enim per vitam tanta secum revolvere nollet?

ζ'. Ἀναβοήσομαι τοίνυν τά τε ἄλλα τῶν βασιλικῶν Εὐρωπαίων ἀριστευμάτων, ὅσα ἐξ ἀμετρήτων ἀποτεμὼν ὁ καιρὸς καὶ οἷον ὑπαγορεύσας δώσει μοι ἀφηγήσασθαι· ναὶ μὴν καὶ τὰ τῶν Δαλματῶν, ὅτι τῆς παλαιτάτης αὐτονόμου καὶ αὐτοὶ θρασύτητος ἐκλαθόμενοι, τὸν δεσπότην ἐπίγνων, καὶ οὐκέτι ἐλεύθερον βλέπουσι. Μάλιστα μὲν οὖν ἐλεύθερον ἀναπετανύουσι βλέφαρον, καὶ τῶν φόβων αὐτοῖς λυθέντων (ἱλαροῦ γὰρ δεσπότου βασιλέως πεπείραντται), συνδέδενται μὲν εὐλαβείᾳ δούλοις πρεπούσῃ· ἀνίενται δὲ ἄλλως, καὶ ἔχουσι τὸ ἐν Εὐαγγελίοις εὖ διὰ τὸ τῆς δουλείας ἀγαθὸν καὶ πιστὸν, καὶ τῆς εὐχρηστίας ἀντιλαμβάνουσι τὸ φιλάνθρωπον.

7. Prædicabo tamen cætera imperatoris in Europa gesta illustria, quæ ex innumeris promens tempus velut inspirato mihi dabit enuntiare; sane prædicabo etiam ejus contra Dalmatas facinora, qui antiquissimæ libertatis necnon ferocitatis oblitidominum cognoverunt, nec jam libertatem aspiciunt. Attamen liberos aperiunt oculos, et solutis eorum cautionibus (hilarem enim dominum imperatorem experti sunt) illa vinciuntur pietate quæ servos decet, secus vero sunt liberi, et habent mercedem in Evangelio bono fidelique servo promissam, et pro officiis benignitatem accipiunt.

D

η'. Ἀναβοήσομαι πρὸς τούτοις καὶ τὰ τῶν Παιόνων, ἔθνους τούτου μεγίστου, καὶ τὴν πάλαι φήμην καὶ τοὺς ἀρχαίους ὅρους ὑπερελάσαντος. Ἀνακράξομαι, ὡς πάντας ἂν αὐτοὺς εἶναί τις ἄρτι στοχάσηται μᾶλλον ἢπερ τεχνίτας τάξεως καὶ πόλεμον εἰδότας καὶ ὅπλα μάχιμα. Οὕτω καὶ αὐτοὶ τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ ἀνταίρειν ὅπλων ἀπέμαθον, καὶ οἱ πρὶν ἀβέβαιοι τοῖς βουλεύμασι καὶ ἀστατοῦντες οὐχ ἧττον, ἢ ὁ παρρέων αὐτοὺς Ἴστρος, ὃν εἰς ἀσφάλειαν προεβάλλοντο, νῦν πεπήγασι καὶ τῷ δέει μὲν βασιλικῷ, ἀλλὰ καὶ εἰς μίαν βουλὴν εὔφρονα στάσιμον. Ἡ δέ ἐστι τὸ μηκέτι κινδύνοις ἑαυτοὺς παραβάλλειν, ἀλλὰ τῷ βασιλεῖ πεσεῖν ὑπὸ πόδας, καὶ

8. Insuper prædicabo triumphatos Pæones, gentem maximam et antiqua fama ultimos fines prætergressam. Non autem eos similiter dicam nunc esse ordinis opifices scientesque bellum et arma certaminum. Ita Romanorum principi armis resistere dedidicerunt, et qui prius consiliis incerti nec magis stabiles fuerant quam circumfluens Ister quem ut vallum ad securitatem præmittebant, nunc stant imperatoris metu confixi, et in unam prudentem stabilemque voluntatem quæ jubet non ut sese periculis objiciant, sed ad imperatoris pedes procidant, et post temporalem confusionem rursus erigantur, et propriæ terræ bona edant. Adhuc

ipsi clavas ferro fulgidas in capite erectas vident singuli per quas fuerunt contriti, adhuc ex illis vulnera ipsis impressa manent. Ideo terribilis illis clava solo etiam aspectu, solo etiam nomine. Et (res valde mira!) aliorum quidem armorum visum sustinentes ipsaque intuentes in loco manent nec quid insolitum ex aspectu patiuntur; clavam autem conspicientes contremiscunt. Et si quis Romanus vir peregrinetur apud Pæones ensem quidem ferens amicis clamoribus excipitur, et gladio accinctus videtur gratiosus, et invenit hospitium; neminem vero ille terret, si lanceam portet, sed in faciem prospicitur. Si autem clavam proferat ferro instructam, vel hominis solertia in mucronum aculeos ardescentem, illum horrent clavigerum Pæones nec in hospitem excipiunt; et torvis cernunt oculis, et telum respiciunt, et semetipsos avertunt in memoriam revocantes quoniam sicut spinæ nonnullæ transeuntes terunt, ita illi clava percussi, prostrati fuerunt, quando etsi omnis generis armis toto essent corpore obtecti, seu ut ita dicam viri ferrei, armis quidem vulnerari et sauciari non poterant, illis autem fustibus percussi ceciderunt, et ad instar conchæ contritione fuerunt contriti, quando grex ille non Jonus, diceret aliquis, a tua potestate tanquam Davidis rectus fuit virga ferrea.

A τέως μὲν εἰς δυσώπησιν, εἶτα καὶ ἀναστῆναι, καὶ τὰ τῆς οἰκείας γῆς φαγεῖν ἀγαθά. Ἔτι τὰς σιδηροκροτήτους αὐτοῖ κορύνας αἰρομένας ἕκαστος προορῶνται κατὰ κεφαλῆς, δι' ὧν συνετρίβησαν· ἔτι τὰ ἐξ ἐκείνων συντρίμματα τούτοις ἐγγέγλυπται. Διὸ καὶ ἀποτρόπαιον αὐτοῖς ἡ κορύνη μέχρι καὶ θέας, μέχρι καὶ αὐτοῦ ὀνόματος. Καὶ (τὸ τεράστιον) ὅπλων μὲν ἑτέρων ὄψιν ἀνέχοντες καὶ ὁρῶντες αὐτὰ, ἐπὶ χώρας μένουσι, καὶ οὐδέν τι πρὸς θέαν καινότερον πάσχουσι· κορύνην δὲ καὶ ἰδόντες ἀποτροπιάζονται. Κἂν τις Ῥωμαῖος ἀνὴρ ἐπιδημήσῃ τοῖς Παίοσι, ξίφος μὲν φέρων προσφωνεῖται, καὶ μάχαιραν ἠρτημένος ἀσπαστὸς δοκεῖ, καὶ καταλύει ξενιζόμενος· οὐκ ἐκπλήττει δέ τινα οὐδὲ δόρυ φέρων ἐκεῖνος, ἀλλὰ προσβλέπεται εἰς ὀρθόν. Εἰ δὲ κορύνην προβαλεῖται, B ἣν σίδηρος μὲν ἐχορήγησεν, ἀνδρὸς δὲ δεξιότης εἰς τριβόλων ὀξύτητας ἐξηκάνθωσεν, ἐκτρέπονται τὸν κορυνηφόρον ἐκεῖνον οἱ Παίονες, καὶ τὴν ξενίαν ἀπείπαντο, καὶ τοὺς τε ὀφθαλμοὺς ἐλόξωσαν, καὶ τὸ ὅπλον ἀπέπτυραν, καὶ ἑαυτοὺς ἀπέστρεψαν, μνήμην λαβόντες, ὅπως ὁποῖά τινες ἄκανθαι τοὺς ὁδοιπόρους θλίβουσαι τοιαύτην ῥαβδιζόμενοι κατεστρώννυντο, ὅτε κατάφρακτοι ὄντες καὶ οἷον ἐγκατψκοδομημένοι ταῖς πανοπλίαις, καὶ ὡς εἰπεῖν ἄνδρες σιδήρεοι, ὅπλοις μὲν ἦσαν ἄδηλοί τε καὶ ἄτρωτοι, ῥάβδοις δὲ ἐκείνοις θρασυνόμενοι ἔπιπτον, καὶ εἰς συντριβὴν ὀστράκου δίκην ἐξελεπτύνοντο· ἡνίκα τὸ οὐκ ἀγαθὸν ἐκεῖνο ποίμνιον εἶπεν ἄν τις ὑπὸ τοῦ σοῦ κράτους, τοῦ Δαβὶδ, σιδηρᾷ ῥάβδῳ ποιμαίνεσθαι.

9. Hæc igitur clamitare nunquam desinam. Proponam ad longiorem enumerationem quanta spumosa Adria anceps, utraque vivens sede serpens, rana limosa, quanta præsertim (ne ex infortunils videar nominasse viros), quanta Adriadum gens piratica, gens fraudulenta, gens malevola machinata est quidem, inani autem conatu permansit; et se quidem valde agitavit, perficere autem nihil potuit, sed incassum laboravit; molita quidem plurima fuit, sed non tantum ad finem non pervenit, verum etiam contra se conversas vidit suas machinationes quas omnes ex omni parte Ancon in ipsos vertit.

10. Quæ licet jam quandoque celebrantes explanavimus, illum tamen cetum magnum tacere nequeo, Typhœum novum, quomodo jamdiu vellet sese versare, fluctuumque fragorem producere et contra nos undam spumosam evomere, sed non valuit ista patrare. Verum imperatoris timor quasi spissa caligo prius serpenti incidens, sicut gravioribus etiam cetibus pati accidit, bestiam in suis sedibus manere coegit. Sed quando seu paulo antequam cogitaret se ab Occidente, duce insolenti audacia, commoveri præmisit maris bestia vilissimum qui prius æquor trajiceret pisciculum squamis nonnullis seu armis ad navalia certamina aptis hirsutum, qui dorsum ostentavit, capite audacius erecto, et præ gaudio frustra exsultavit coram urbe ponto nutrita, necnon in arrogantiam intumuit. Mox dux viæ audacia discessit; timiditatis caligo econtra advenit, et spissius incumbens recedere

θ. Ταῦτά τε οὖν οὐκ ἀνήσω βοῶν. Ἐκθήσομαι δὲ πρὸς πλατεῖαν ἀφήγησιν καὶ ὅσα ἡ Ἀδριανὴ πομφόλυξ, ὁ χέρσυδρος ὄφις, ὁ τελματίτης βάτραχος, μάλιστα μὲν οὖν (ἵνα μὴ ἐκ τῶν δυστυχημάτων προσονομάσω τοὺς ἄνδρας), ὅσα τὸ πειρατικὸν ἔθνος τὸ ἐξ Ἀδριάδος, τὸ ὕπουλον, τὸ κακόβουλον, ἐβουλεύσατο μὲν, ἔμεινε δὲ εἰς ἄπραχτον· καὶ ἐνεκυμόνησε μὲν, οὐκ ἐτελεσφόρησε δὲ, ἀλλ' εἰς κενὸν ὠδῖνε· καὶ ἐμηχανήσατο μὲν, οὐ μόνον δὲ εἰς τέλος ἐξεβίβασε, ἀλλὰ καὶ ἐπικαταστραφεῖσας αὐτῷ τὰς μηχανὰς ἐθεάσατο, τάς τε ἀλλαχοῦ πολλαχοῦ, καὶ ὅσας ὁ Ἀγκὼν αὐτοῖς ἀντανέστρεψε.

ι'. Ταῦτα δὴ, ἃ καὶ τότε πανηγυρίσαντες ἐκροτήσαμεν, οὐκ ἂν, οὐδὲ τὸ τοῦ μεγάλου κήτους σιγήσωμαι, τοῦ νέου Τυφῶνος, ὅπως ἤθελε μὲν ἐκ μακροῦ ἀνασαλευθῆναι, καὶ φλοίσβου θέσθαι, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς εἰς κλύδωνα κατερεύξεσθαι· οὐκ εἶχε δὲ τοῦτο ποιεῖν. Ἀλλ' ὁ βασιλικὸς φόβος, ὅσα καὶ σκότος βαθὺς, ἐπίπροσθεν πίπτων τῆς ὄψεως, ὁποῖον δή τι πάσχειν καὶ τοῖς βαρυτέροις κήτεσιν ἔπεισι, μένειν τὸν θῆρα ἐπὶ τῶν οἰκείων ἠθῶν κατηνάγκαζεν. Ἀλλ' ὅτε που ἐναγχος ἀνασαλευθείη ἐκ τῆς ἑσπέρας ὑπὸ ἀδηγῷ, τῇ ἀγεννεῖ θρασύτητι, καθά που καὶ ὁ θαλάσσιος θὴρ ἡγεμόνα προβάλλεται τοῦ πλέειν ἰχθύδιόν τι φαυλότατον, ἐπέφριξε μέν τινας φολίδας, προϊσχομένας ναυμαχικῶν ὅπλων προβλήματα, καί τι τῆς λοφιᾶς ἐξέφησεν, ἀνακύψας θρασύτερον, καὶ τῆς κυματοτρόφου κατεχόρευσεν εἰς κενὸν, καὶ που καὶ εἰς ἀλαζονείαν τινὰ ἐξεφύσησι. Μικρὸν δὲ ὅσον ὁ μὲν ἡγεμὼν τῆς ὁδοῦ, τὸ ποδηγοῦν θράσος,

ἀπῆλθεν· ὁ δὲ τῆς δειλίας σκότος ἀντεπεισῆλθε, καὶ βαθύτερον ἐπισκεδασθεὶς, ἀνακάμπτειν ἐκεῖνον πεποίηκεν, οὔτε ἄγρας προσαψάμενον, καὶ οὐδὲ ἀποκαταστάντα τοῖς οἰκείοις ἤθεσιν εἰς ὁλόκληρον, οἷς ἐνταῦθα κἀκεῖ προσαρασσόμενος ἐκολούετο. Τί δὴ, ὦ παρόντες, τὸ θηρίον ἐκεῖνο πάθοι ἄν, οὕτως ἐξ ἑαυτοῦ πάσχον κακῶς, οἷς δειλαίνεται, εἰ καὶ τὰ ἐξ ἡμῶν προσεπιτεθήσονται; Ἢ πάντως Αἴτνης ἑτέρας ἐγχωρίου δεήσειεν, ὑφ' ἣν τὸ Τυφώνιον τοῦτο πεσεῖται κακόν. Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ὅτι πείσεται, διδάξει καιρὸς, καὶ ἡμῖν ἀφορμὰς δώσει λόγου πολλοῦ τε καὶ καλοῦ.

ια'. Ἐγὼ δὲ προσεπιπλέξω τούτοις καὶ ἄλλο θαύματος ἄξιον, τὰς μακρὰς νῆας ἐκείνας, ἃς οὔπω παντελῶς πέρυσι καὶ λαμπρῶς ἐσταλμένας ὁ καθ' ἡμᾶς πορθμὸς ἐστολίσατο. Καὶ αὐτὸς μὲν εἰς γαλήνην διακεχυμένος ὑπέστρωτο· αἱ δὲ πυρρίχην οἷον ἐπορχοῦντο, καὶ εἰς ῥόθιον ἑλαυνόμεναι μέγα ἐξήχουν, καὶ φόβους ἐκελάδουν, οἷς ἐν καιρῷ τοὺς πολεμίους ἀναχωρεύσουσι. Μετρήσω καὶ τὸ πλῆθος αὐταῖς ὡς ἀμύθητον, ἐν ἱππαγωγοῖς, ἐν δρόμωσιν, ἐν τριήρεσιν, ἐν ἄλλοις; ναυπηγίας εἴδεσι. Καὶ ἔσται μὲν αὐτοῖς καὶ ταῦτα ἐν θαύματι. Ὁ δὲ καιρὸς καὶ εἰς πλέον ἐκείνους ἐκπλήξει μαθόντας, ὡς χθὲς μὲν τὰς πολεμικὰς νῆας; ἐκείνας τόπος τεταγμένος εἰς ἀσφάλειαν ἠγκαλίζετο, κεναὶ; ὅπλων τῶν ἄλλων, καὶ ὅσα πρὸς δρόμον ἐπιταχύνουσι, καὶ οὐδὲ τὸ ναυτικὸν παραφαινούσας, οὔτε τὸ κατεπεῖγον εἰς πλοῦν, οὔτε τὸ μάχιμον. Καὶ οὕτω μὲν χθές. Ἑωθεν δὲ ἡμέρα ἐξέλαμπε, καὶ βασιλικὸν ἦν κέλευμα· ἐχρῆν γάρ. Καὶ ἐπληροῦντο μὲν ταῖς τριήρεσι τὰ κενώματα, ἐξεκενοῦτο δὲ τὰ νεώρια. Καὶ ἐστήκεσαν ψιλοὶ μὲν οἱ ναύσταθμοι, ἀχανεῖς δὲ οἱ βλέποντες. Ἡ δὲ Προποντὶς οὐκέτι οὐδὲ παρέφανέ τι τοῦ ὕδατος. Εἶπεν ἄν τις ἀμιλλᾶσθαι τῇ Μεγαλοπόλει τηνικαῦτα τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν, πεπυκνωμένην, ὥσπερ ἐκείνη τοῖς οἰκοδομήμασιν, οὕτω καὶ αὐτὴν τοῖς μεταφορητοῖς τούτοις οἰκήμασιν. Ἦν τηνικαῦτα σχῆμα ναυμαχίας μεγίστης. Βοὴ σαλπίγγων· εἰρεσία σύντονος· ἐξελιγμοὶ δρόμων· ἐμβοήσεις ναυάρχων· λαμπηδὼν ὅπλων· καὶ ὁ ἐκεῖθεν τοῖς ναυμάχοις; φρυαγμὸς οὐδὲν ἐνέλιπε μάχης, εἰ μὴ ὅτι ἐχθρὸς [adde οὐκ] ἀντιμέτωπος. Καὶ ἅπερ ἐκεῖνος πάθοι τραύματα, προσεπιθήσω τῇ διηγήσει ταύτῃ, καὶ ὡς οὐκ ἔκτοπος ἡ σύναξις αὕτη, οὐδὲ ἐξ ἀλλοδαπῆς ἡ σύνταξις, ἀλλὰ στρατὸς μὲν οὗτος ἰθαγενὴς πολλοστὸς ἐξ ἠπείρου, καὶ τοῖς μεγίστοις τῶν πόλεων τρόφιμος, καὶ αὐτὴν ἐπιλείπων οὐδέποτε· αἱ δὲ νῆες ἐκ τῆς ἐγγυτάτω περιχώρου, ἣν εἰς ὅλον ἡμερινὸν ταχὺ περιτροχάσει τις ἥλιον. Τοιαῦτα ἐγὼ μὲν εἶπω· οἱ δὲ ἀκούοντες ἐκπεπλήξονται, καὶ θαυμάσονται οὐ μόνον τὸ βασιλικὸν ἐνταῦθα προμηθὲς, ἀλλὰ καὶ τὸ πολυδύναμον· καὶ τῷ αὐτοσχεδίῳ τούτῳ βασιλικῷ θαυμασίῳ τὸ τῶν μελετωμένων συνενήσονται μεγαλούργημα, καὶ σκέψονται, εἰ τὰ ἐκ τοῦ παρατυχόντος τοιαῦτα, ὁποῖα τὰ τῆς χρονίου διασκευῆς. Τί δὲ οὐκ ἂν ποιήσῃ ὁ χειρὶ ταύτῃ μιᾷ καταπαλαίειν ἔχων τὸ ἀνθιστάμενον, εἰ καὶ εἰς ἑκατόγχειρα σκευασθήσεται; Εἰ δὲ καὶ κῦμα ἓν εἰς κατακλυσμὸν τοῖς ἐχθροῖς ἐπιῤῥυήσηται, τί

A illum coeit, nulla arrepta præda, nec omnino integrum suis reddidit sedibus, ad quas hic et illic allisus confractus est. Quid, o præsentes, pateretur hæc bestia ita a semetipsa vexata ex quo timore fuit occupata, si insuper ea quæ ex parte nostra sustulit adjiciamus? Sane altero Ætna monte prorsus opus erat cui Typhon iste subjugaretur. Sed quod patiatur docebit tempus et nobis occasionem dabit multi jucundique sermonis.

11. Ego vero istis adjiciam aliud etiam admiratione dignum, magnas illas naves quas nuper nondum perfectas hodie splendide instructas fretum nostrum comparavit. Portus quidem ad securitatem dilatatus et munitus est, illæ vero pyrrhicham reapse saltabant, et remorum resonantia concitatæ valde strepebant terroresque personabant quibus in tempore hostes arcent. Demetiar earum multitudinem utpote innumerabilem in myoparonibus, in velocibus, in triremibus aliisque navium instructarum speciebus. Et illis ista quoque erunt in miraculum. Tempus vero eos amplius etiam stupefaciet discentes quoniam heri quidem bellicas illas naves locus dispositus in securitatem amplectebatur, sed cæteris armis vacuas quæ cursus velociores faciunt, et nondum navali exercitu instructas nec illis quibus navis impellitur vel committitur pugna adornatas. Equidem ita heri. Mane autem fulsit dies, et imperatorium venit mandatum, idque ex necessitate. Refecti sunt triremium defectus; vacuata autem navalia; et expediti steterunt milites, multi vero spectatores. Propontis nihil subostendit æquoris. Diceret quis nostrum illud mare urbi magnæ esse simile, frequens sicut ista ædificiis, ita illud domibus mobilibus. Erat proinde imago maximæ naumachiæ. Sonat tuba, resonat et remigium, explicantur cursus, clamant navarchi, emicant arma, fremunt milites, uno verbo nihil pugnæ deficit nisi quod hostis non ex adverso stet. Quibus admodum prodigiosis explanans addam istas acies nequaquam esse alienas neque extraneas copias, sed iste exercitus indigena et majori parte continente exortus, urbium maximis enutritus, nec suam unquam dereliquerunt patriam, naves autem ex proximis vicinisque locis quos per unum diurnum solem circumiret viator. Talia quidem dico ego; audientes autem obstupescent et mirabuntur non tantum regiam in his providentiam, sed multam quoque potentiam, et ex hoc improviso principis miraculo excogitata intelligent opera egregia, necnon ex istis subitariis noscent res per longum tempus præparatas. Quid non faceret sic una dextera adversarios vincens si cum centimano comparetur? Si fluctus unus in hostes irruens eos submergat, quid non patiantur bellicis multis ex imperatore undis obruti? Hæc illi inferent et sibilis prorsus explodent gentem illam quæ tanto imperatori obluctari voluerit, qui simul annuit et

fecit, dixit et mandatum perfectum est. Irridendos ipsi judicabunt illos viros qui terram universam coram imperatoria potestate provolutam cernentes, attamen pontum audent aggredi, et parvis insulis dominari intendunt, perinde ac si nomen terræ nullo modo insulas sibi conciliet, ita ut ibi corruant, vel ab illo tam desiderato æquore repellantur, vel sua in abyssum jactent in quo ipsi quoque mergantur, adeo ut ex illa fluctibus undique irrigata insula nihil sit illis, ubi totius terræ post Deum rector noster imperator.

A ὃν πάθοιεν οἱ πολυκυμίαις ἐκ βασιλέως πολεμικαῖς ἐμπεσούμενοι; Ταῦτα ἐκεῖνοι ἐπιλογίσονται, καὶ πάντως οὐαὶ τῷ ἔθνει ἀναβήσονται, ὅπερ ἀντικαθίστασθαι βασιλεῖ τοιούτῳ βεβούληται, ὃς ἅμα ἐπένευσε, καὶ πεποίηκεν· ἐλάλησε, καὶ τὸ ἐπιταχθὲν τετέλεσται. Κρινοῦσι δὲ αὐτοὶ καὶ γελοίους ἀνθρώπους ἐκείνους, οἳ γῆν ἅπασαν τῷ βασιλικῷ κράτει βλέποντες ὑποκύπτουσαν, αὐτοὶ καταθαῤῥοῦσι θαλάσσης, καὶ νησιδίων κρατεῖν ἐπιβάλλονται, ὡσεἰπερ μὴ καὶ τὰς νήσους τὸ τῆς γῆς ὄνομα ᾠκειώσατο· ὡς ἐντεῦθεν λείπεσθαι, ἢ καὶ τῆς ποθουμένης

τούτους θαλάσσης ἀπάγεσθαι, ἢ ἀλλὰ καταδύεσθαι εἰς βυθὸν, ὃ καὶ πείσονται· ὡς μηδὲν ὂν αὐτοῖς μετὸν μηδὲ τῆς ἀμφικλύστου, τῆς νησιώτιδος, ἔνθα γῆς ἁπάσης μόναρχος μετά γε Θεὸν ὁ ἡμέτερος βασιλεύς.

